



DE PRIVILEGIIS.

Idem Innocentius III.

CAPUT XXI.

Quoniam per confessionem constat partis adversæ, quòd Nepefinus Episcopus jus Episcopale percipit in Ecclesia sancti Blasii de Flagen. credimus, quòd non obstante illo capitulo privilegii, quod Monasterio est indultum, ut nullus Episcopus Ecclesias utroque jure illi subiectas interdicto supponere, vel monachum seu clericum ejusdem Monasterii sinodare vel excommunicare præsumat, præfatus Episcopus possit interdicere dictam Ecclesiam & excommunicare Monachum, seu clericum vestrum ad ejus regimen deputatum, cum alterutrum de jure fuerit faciendum: quoniam illud capitulum intelligendum esse videtur de Monachis aut clericis in ipso Monasterio permanentibus, vel ad Ecclesias destinatis, utroque jure sibi subiectas.

SUMMARIUM.

- 1 Privilegium Monasterio concessum, quòd ejus Monachi excommunicari non possint, intelligitur de Monachis manentibus in Monasterio, vel capellis sibi utroque jure subiectis.
- 2 Privilegium exemptionis concessum personis respectu certi loci non sequitur illas extra locum & n. seqq.
- 3 Immunitas à tutela suffragatur Clericis & Monachis quando apud Ecclesias vel Monasteria permanent.
- 4 Regulares, qui studiorum causa ad Universitates mittuntur, si in conventibus non habitent, ab Ordinariis puniuntur.
- 5 Regularis Lector publica Universitate, si delinquit contra

instituta sui Ordinis, an sit puniendus à Rectore ipsius Universitatis, an verò à suis Superioribus Regularibus & n. seqq. usque in fin.

6 Rectoris Universitatis jurisdictione in Lectores, & studentes non complectitur alias causas, quam eas que oriuntur occasione studiorum ac professionum. Intellectus l. fin. C. de jurisdic. omnia. jud. ibid.

7 Juramentum habet vim roborativam, non extensivam.

8 Et in eo semper intelligitur excepta Superioris autoritate.

9 Scholares Clerici non subiant Rectori Universitatis nisi quoad ea, que professionem respiciunt.

Quoniam. Privilegium Monasterio concessum quòd ejus Monachi excommunicari non possint, intelligitur de Monachis manentibus in Monasterio, vel capellis sibi utroque jure subiectis. Hoc dicit Joan. Andr. Burs. Card. Anchar. Abb. & Mar. Soccini. Et est casus quotidianus secundum Abbatem.

In textu hic, in ipso Monasterio permanentibus: nota quòd privilegium exemptionis concessum personis respectu certi loci non sequitur illas extra locum: ut de si alibi morantur, privilegio non gaudent, concordat text. in c. Volentes, §. Eos, de privil. lib. 6. ubi privilegium Religiosis concessum, ne à quoquam interdicti, suspensi, aut excommunicari valeant, non suffragatur eis, qui degunt vel administrationem suscipiant in Prioratibus Episcopi jurisdictioni subiectis: & est simile in c. Generaliter, 16. q. 2. ubi immunitas, quam Clerici & Monachi habent, à tutela sive testamentaria, sive dativa, sive legitima, tamdiu eis prodeit, quamdiu apud Ecclesias, vel Monasteria permanent non divagantes. Item simile in c. Abbate, in fin. infra, de verb. signif. in c. Innovamus, supra, de treug. & pœ. cum suis concordantibus, & hic notant gloss. in ver. Permanentibus, Innocent. in fin. Ab. Antiqui qui summat sic: Privilegiatus non gaudet privilegio, cum moratur vel destinatur causâ vagandi ad Ecclesiam non exemptam, Hostiens. n. 1. in ver. In ipso Monasterio & n. 2. Butr. n. 2. ubi ait: (Nota quòd privilegium exemptionis, personale concedens exemptionem respectu certi loci, personas subtrahit à Jurisdictione Diocesani illius loci, in quantum delinquant, vel aliquid agunt in loco, cui concessa est exemptio: in quantum autem delinquant extra locum, non subtrahit eos,) Abb. & Mar. Socini. in ult. not. Joan. Andr. & omnes in Summa text. Coultet Concilium Tridentinum in c. 4. sess. 25. de Regul. ubi statuitur ut Regulares, qui studiorum causa ad universitates mittuntur, in conventibus tantum habitent. alioquin ab Ordinariis contra eos procedatur, & adde quòd scripti in c. Crève, n. 47. supra de offic. Ordinari. & hic vide 45.

casur, in quibus Regulares exempti non gaudent privilegio exemptionis, à n. 37. usque ad n. 80.

Ex facto quæsitum est. Postià Bulla Martini V. quâ Lectores publici Universitatis Viennæ Austriæ, cujuscumque ordinis, gradus, & conditionis subjiuntur Rectori ejusdem Universitatis, ita ut ab ipso carceribus mancipari, excommunicari, & ab excommunicatione absolvi possint.

Item posito juramento fidelitatis, & reverentis, quòd idem Lectores Rectori prædicto, dum admittuntur, prætare soliti sunt: ac decreto Concilii Tridentini sess. 25. cap. 4. de Regul.

An Regularis, qui de licentia suorum Superiorum publice proficitur in dicta Universitate, si delinquit adversus instituta sui Ordinis, ac decreta Superiorum Regularium, puniendus sit ab eisdem Superioribus, vel potius à Rectore Universitatis, adeò ut possit Rector ipsum Regularem in carcerem detrudere, excommunicare & ab excommunicatione suorum Superiorum, quatenus ab eis excommunicatur, absolvere, atque Superiores eum punire, tentantes, uti iudex competens impedire & coercere.

Videtur respondendum hujusmodi Regularem adversus instituta sui Ordinis, ac Superiorum decreta delinquentem esse à suis Superioribus puniendum, non autem à Rectore Universitatis. Quia jurisdictione Rectoris in eos qui legendi vel studendi causâ in universitate commorantur, non complectitur alias causas, quam eas, que oriuntur occasione studiorum, ac professionum, ut deducitur ex l. fin. C. de jurisd. omnia. jud. ubi gloss. in verb. Publicis, notat dispositionem illius textus, quâ professionem vel negotiationem exercentes subjiuntur Rectori, ad quem illarum professionum, seu negotiationum cura pertinet, procedere in his, que professionem vel negotiationem ipsam respiciunt, aut illius occasione oriuntur: eamque hic sequuntur Cyn. in 2. q. Bart. n. 5. Bald. n. 4. Paul. de Castr. n. 2. & Innoc. in c. Cum ad Ecclesiarum, de off. ord. ubi & alii. Quam l. fin.

De Privil. c. Quoniam.

procedere etiam in Universitate Doctorem vel Scholarium. notat ibidem Bart. in fin. dicens ita usu receptum esse & Paul. de Castr. n. 7. unde cum in dubio proposito agatur de crimine commisso contra statuta Ordinis; ac Superioris Regularium decreta, & sic de his, que ad Lectoris professionem non pertinent; speret constare Regularem esse à suis Superioribus, non ab Universitatis Rectore puniendum.

Et cum Bulla Martini V. simpliciter subjiat Lectores Rectoris Universitatis, intelligenda est juxta dispositionem juris communis, cui Pontifex præsumitur se voluisse conformare, argum. l. 2. C. de noxal. & in Authen. de non alienand. §. final. circa finem collat. 2. l. Filius familias, §. 1. ff. de legat. 1. c. Ecclesia vestra, in secundo, vers. Neque enim credendum est Summum Pontificem, & c. de elect. & jus alterius noluisse ledere, c. Licet, de offic. Ordin.

c. Cum dicat Apostolus, de Eccles. adific. & c. Pastoralis, cum concord. de quibus hic per gloss. in verb. Continetur excessum, supra eod.

Non juramentum fidelitatis, & reverentis quidquam operatur, quia est intelligendum quoad ea, in quibus Rectori jurisdictione legitime competit; juramentum enim habet vim roborativam, non extensivam. l. fin. C. de non num. pec. ubi Bald. Præterea hoc juramentum non operatur in præjudicium Superioris Regularis jurantis, quia in eo Superioris autoritas semper censetur excepta, c. Venientes, de jurjur. c. Imperialem, §. fin. de prohib. alien. Per Frider. in usib. feud. & in terminis Clericum in universitate studii incumbentem non subesse Rectori, nisi quoad ea, que respiciunt professionem tradit expressè Abb. q. 6. n. 8. & 9.



DE PRIVILEGIIS

Idem Innocentius III. Concilio Generali.

CAPUT XXIV.

Ut privilegia, quæ quibusdam Religiosis Romana concessit Ecclesia, permaneant intacta quædam in eisdem duximus declaranda, ne minus sanè intellecta pertrahantur ad abulum, propter quem possint merito revocari: quia privilegium meretur amittere, qui permittit sibi abutitur potestate. Sanè quibusdam regularibus Apostolica fedes indulgit, ut his, qui fraternitatem eorum assumpserint, si forsitan Ecclesiæ, ad quas pertinent à Divinis Officiis fuerint interdicti, ipsosque mori contigerit, sepultura Ecclesiastica non negetur, nisi excommunicati vel nominatim fuerint interdicti; suos quoque confratres quos Ecclesiarum Prælati, ad Ecclesias suas non permiserint sepeliri, nisi excommunicati vel interdicti fuerint nominatim, ipsi ad Ecclesias suas deferant tumulandos. Hoc autem de illis confratribus intelligimus, qui vel adhuc manentes in sæculo eorum ordini sunt oblati, mutato habitu seculari: vel eis, qui bona sua dederant inter vivos, retento sibi (quandiu in hoc sæculo vixerint) usufructu: qui tamen sepeliantur apud ipsorum regularium vel aliorum non interdictas Ecclesias, in quibus elegerint sepulturam: ne li de quibuslibet ipsorum fraternitatem assumptibus fuerit intellectum, pro duobus aut tribus denariis annuatim sibi collatis, dissolvatur pariter & vilescat Ecclesiastica disciplina: certam tamen & ipsi remissionem obtineant ab Apostolica sibi sede concessam. Illud etiam, quod hujusmodi regularibus est indultum, ut si qui fratrum suorum, qui ab eis missi fuerunt ad recipiendas fraternitates sive collectas, in quamlibet civitatem, castellum vel vicum advenerint, si fortè locus ille à Divinis Officiis sit interdictus, in eorum jucundo adventu semel in anno aperiantur Ecclesiæ, ut exclusis excommunicatis, Divina ibi Officia celebrentur: Sic intelligi volumus, quòd in eadem civitate, aut castro, aut villa, una tantum Ecclesia ejusdem ordinis, fratribus semel (ut dictum est) aperiatur in anno: Quia licet pluraliter dictum sit, quòd in eorum jucundo adventu Ecclesiæ aperiuntur, non tamen ad Ecclesias ejusdem loci divisim, sed prædictorum locorum conjunctim sano referendum est intellectu: ne si hoc modo singulas ejusdem loci visitarent Ecclesias, nimium vilipendi contingeret sententiam interdicti. Qui verò contra declarationes prædictas quidquam sibi usurpare præsumperint, gravi subiaceant ultioni.

SUMMARIUM.

- 1 Oblati alicujus Religionis an sint iudicandi Persona Ecclesiastica, adeò ut à foro seculari, & vestigalibus tam quoad personas, quam quoad bona debeant esse immunes & n. seq. usque ad finem, & præsertim n. 29. vers. Ex his sequitur.
- Et quatenus sint immunes, an eorum exemptio extendatur etiam ad conjugatos n. 27.
- Et an exemptio à foro seculari suffragetur pro delictis ante obligationem commissis n. 33.
- Et an Oblati carentes requisitis Concilii Tridentini in c. 11. sess. 24. subint Episcopo tam in spiritualibus, quam in temporalibus n. 34.
- Et an subint cumulativo vel privativo ad Superiores Religionis, cui sunt oblati n. 36.
- 2 Oblati assumunt privilegia Religionis, cui oblati sunt. Declaratur n. 4. & seqq.
- 3 Christianorum duo sunt genera.
- 4 Oblati quales esse debeant ut privilegia possintur &

Præterea id videtur probari per textum in c. penult. infra rad. ubi habetur tales Confratres seu oblatos quoad manserint in domo sua, non assumere privilegia Religionis; & ita illum textum intelligunt Innoc. Host. & Joan. Andr. notantes mutationem habitus sufficere quoad privilegia circa interdictum, de quo in textu nostro; sed quoad cetera non sufficere; sed necessarium esse plenam translationem, juxta illum textum qui loquitur de propria domo relinquenda; & hunc intellectum esse communem ostendit hic Anton. de Butr. dicens ita esse tenendum secundum Doctores: quod etiam sentire videtur Abbas dum notat eum de quo textus loquitur, id est qui in domo propria manebat, non esse plene oblatum, & ita in eo textu hunc casum esse clarum, ita ut non sit locus cavillationi, tradidit Zabarell. *conf. 21. num. 5. & 6.* cui potest addi Abb. hic *num. 3.* ubi ait non esse plene oblatos stantes in seculo.

Rationes hujus opinionis sumi possunt ex glossa in d. c. pen. ubi adducit plura circa militem armate militie, qui si commestruo accepto remanet in domo sua, non habet militis privilegium, *1. milit. ff. ex quibus caus. major.*

Nec videtur obesse quod plerique ex Doctoribus de hoc requisito non meminerint, quia non propterea dicitur illud non esse necessarium; & sic est locus ab autoritate negativa desumptus qui non probat nec destruit opinionem Host. Zabarell. & aliorum, præsertim ex textu desumptum, qui aperte sentiunt id requisitum derelicti sacculi cum cæteris debere concurrere.

Ex his sequitur oblatos ita demum privilegio fori & secularium exactionum gaudere, si se & bona perpetuo & in forma valida in manibus Episcopi vel Regularis Superioris Religioni obtulerint, nullâ re sibi reservatâ; atque habitum mutaverint & sacculum reliquerint. Nec est quod adiciamus alia requisita ex Decreto c. 12. *sess. 4.* quia illa sunt necessaria ad vitandum forum ordinarii, non autem judicis laici in quo Concilium nihil novi statuit.

Ad secundum de plene oblati, post oblationem Matrimonium contraxerunt: videtur respondendum, si id permittit Superiorum faciant & vivat de mandato eorumdem Superiorum in domibus vel prædiis Ecclesiarum seu Monasteriorum pro eorum servitio, debere gaudere privilegiis, sicuti etiam qui ante contraxerunt: dummodo fervent supra dicta. Cum enim huic oblationi cum requisitis supra dictis non inest obligatio continentis: consequens est ut status conjugalis non sit incompatibilis cum statu oblati. Antecedens probatur ex doctrina glossa in c. Ut lex 27. q. 1. in verbo atque *convers. Archid. in d. c. duo sunt n. 6. Silvest. in loco supra cit. Host. Joan. Andr. Henr. & aliorum hic. Franc. Marc. Dec. 24. n. 14.* Ita videmus de conjugatis oblati extare consilium Abb. *53. par. 1. Celd. conf. 240. ultimo de Regular. & Zabarell. d. conf. 21. & Bald. conf. 240. in 5. vol. qui loquuntur de conjugatis ante oblationem. Sed post oblationem licere Matrimonium contrahere, nec propter oblationem ullum infringere impedimentum, sentiunt Doctores omnes supra citati & in specie Imol. in d. clem. 1. n. 10. ubi reddit rationem quod votum impediens & dirimens Matrimonium solemnizatur vel per susceptionem Ordinis Sacri, vel per professionem tacitam vel expresse juxta textum in c. unico de voto in 6. quorum inquit neutrum hic fuit. Imò cum nullus in plus obligetur Monasterio quam pateat de ejus intentione: talis non se obligavit ad castitatem, sed tantum ad obedientiam & reverentiam ex quo sequitur ut Matrimonium postea contractum teneat & contrahens oblatus non propterea desinat esse persona Ecclesiastica.*

Quod si obijciatur Clericum conjugatum incedentem in habitu, gaudere privilegio fori & Canonis; sed non aliis & in specie non esse exemptum à secularibus exactionibus, ut habetur in c. unico de Cler. conjug. in 6. ubi glossa & Covar. *Pract. q. c. 31. n. 9.* & propterea à fortiori id videtur procedere in oblati cujus exemptione non adeo constat inter Doctores, sicuti de exemptione Clerici.

Respondetur à cap. unic. restringent exemptionem tanquam odiosum, ut hic per Doctores debere extendi ad alias personas Ecclesiasticas; & solum habere locum in Clericis de quibus loquitur; alias verò remanere in dispositione juris communis.

Ad tertium, de his qui ante oblationem delictum commiserunt: cujus puniatio ad iudices laicos pertinebat, distinguendum est. Aut delinquent obtulit se & sua post delictum

sine fraude; & tunc liberatur à jurisdictione iudicis laici debetque tantum puniri ab Ecclesiastico. Aut in fraudem obtulit se & sua ut se eximeret à jurisdictione iudicis laici; & tunc ab eo puniri potest: non tamen corporaliter, sed aliâ penâ confiscationis bonorum vel pecuniariâ, ita ut remaneat subditus respectu cause & honorum, non autem respectu personæ. Ita relatis pluribus Doctoribus de communi opinione asserentibus docuit Covar. *lib. pract. tract. q. c. 22. & Clar. §. fin. vers. Sæpenumero,* qui tamen loquitur de delinquente qui post delictum effectus est Clericus vel Religiosus, est etiam intelligendus quoad oblatos qui habentes requisita, sunt & ipsi Ecclesiastica personæ, ut supra est demonstratum.

Ad quartam, jam Sacra Congregatio declaravit Decretum d. c. 11. non procedere in civilibus, sed tantum in criminalibus, motâ præcipue causâ finali dicti Decreti, quæ habetur in proemio ipsius hic *exemptis occasione laxioris vite.* Quæ ratione videtur etiam respondendum jurisdictionem Episcopo tributam respicere Spiritualia tantum, videlicet correctionem & punitionem delictorum; & alia de quibus in c. Dudum, il secundo de elect.

Ad quintam, repetendum quod supra dictum fuit: oblatos non habentes requisita, non esse Ecclesiasticas personas, nec assumere privilegia Religionis cui offeruntur; & propterea non eximi etiam à jurisdictione Diocesani Ant. de Butr. in d. cap. Cum & plantare, in ult. not. Henric. hic, & probatur in d. cap. penult. infra eod. Ideoque Concilium quoad non plene oblatos nihil novi induxit cum jam essent sub jurisdictione Episcoporum, sed obacula tantum submovit, ita ut si ex consuetudine quam omnes Doctores præsertim, in cap. 2. de foro compet. clamant in hac materia esse attendendam vel ex aliquo speciali Religionis privilegio tales non plene oblati essent exempti à jurisdictione Episcoporum; illam eis Concilium restituit. Quo verò ad eos qui plene oblati privilegia Religionum erant affecti, hoc tantum novi statuit quod actuale servitium requisivit, quod non erat cautum jure veteri, adeo ut absque illo servitio actuâ remanent sub jurisdictione Diocesani. Alia autem duo requisita quod intra septem redegant & sub obedientia vivant, jam concurrere debebant de jure communi in plene transiit, ut supra dictum est, ut privilegia religionis assumerent.

Ex quo sequitur quoad oblatos, duo tantum ultra jus commune statuisse Concilium. Alterum ut non plene oblati, non oblati privilegio aut consuetudine, subint Diocesano; alterum ut plene oblati etiam ipso Ordinario subiecti sint, si ultra alia non concurrant in eis actuale servitium Religionis. Utroque autem casu hujusmodi jurisdictioni videtur concessa Ordinarius cumulativè & non privative cum Superioribus Regularibus in illis casibus in quibus ipsi tam habeant in oblatos; nam jurisdictioni tributa per legem, censetur concessa cumulativè cum aliis illam habentibus. DD. in l. fin. C. de jurid. omn. jud. Poman. in *conf. 193. n. 2.* & sequitur Felin. in c. Pastoralis n. 2. de offic. Ord. & de communi testatur Jason. in l. Quid in rerum, §. si quis possit, ff. de leg. 1. & bene facit Doctrina Barr. in l. Vires in 1. not. C. de divers. off. lib. 12. ubi sentit statuto disponente ut scholares coram Episcopo conveniantur non esse ademptam jurisdictionem Rectori illam habenti vigore legis aut consuetudinis, nisi statutum uteretur dictione taxativâ, videlicet *at Episcopus tantum cognosceretur*: quo casu tantum potest alteri jurisdictionem Rectori competentem ei de jure communi; non autem si ei competat ex consuetudine. Bartolum refert & sequitur Felin. in d. c. Pastoralis n. 2. in 3. limit. & quamvis talis jurisdictioni censetur tributa privativè ubi de mente concedentis apparet, ut ibidem per Felin. in 1. limit. & de communi testatur Joan. Bapt. Ferret. *conf. 41. n. 25.* tamen in casu nostro tantum abest ut appareat de mente Concilii quod voluerit tribuere Episcopo jurisdictionem privativè, ut potius consistit omnino voluisse concedere cumulativè; nam Concilium ubi voluit tribuere talem jurisdictionem privativè ad inferiores, id expressit, ut in c. 20. §. ad hæc, *sess. 24. in c. 3. sess. 25.* ergo in hoc casu in quo non expressit, voluisse credendum est, *valg. l. Unica, §. Sin autem ad deficientis, C. de caduc. tollen.* & aliis in simili Sacra Congregatio declaravit jurisdictionem tributam Episcopo vigore cap. 7. *sess. 7. cap. 11. sess. 25. de Regular. & c. 8. sess. 7.* intelligi cumulativè cum inferioribus.

DE PRIVILEGIIS

Idem Innocentius III. eodem Concilio Generali.

CAPUT XXV.

Quod nonnullis est religiosis indultum, in favorem pontificalis Officii ad Episcopos extendentes, concedimus, ut cum commune terræ interdictum fuerit, excommunicatis & interdictis exclusis, possint quandoque januis clausis, suppressa voce & non pulsatis campanis, Divina celebrare Officia: nisi & hoc ipsum eis expressè fuerit interdictum. Verùm hoc illis concedimus, qui causam aliquam non præsterint interdicto, nec quidquam (doli vel) fraudis ingesserint, tale compendium ad iniquum dispendium pertrahentes.

- 1 Interdicti generalis tempore etiam celebrare possunt Episcopi non prohibiti qui non fuerint interdicti culpabiles. Idem in Cardinalibus n. 4.
- 2 Privilegium Religiosis concessum extenditur ad Episcopos & num. 28.
- 3 Privilegium non extenditur de persona ad personam, etiam ex identitate vel majoritate rationis. Ibid. & n. 25. Declaratur n. 16. & 28.
- 4 Privilegium celebrandi clam tempore interdicti, non suffragatur eis quorum culpa vel fraude interdictum fuit propositum.
- 5 Altaris viatici privilegium an competat Cardinalibus & n. seq. usque in finem.
- 6 Altaris viatici privilegium quod habent Episcopi & eorum Superiores ex c. fin. de privil. lib. 6. non fuit oblatum à Concilio Tridentino.
- 7 Et Episcopi eo uti possunt ex rationabili causa, etiam extra casum absentie.
- 8 Oratoria ad usum Episcopi etiam extra illius Diocesim constructa, non comprehenduntur in Decreto de non celebrando.
- 9 Altaris viatici privilegio uti potest Episcopus in aliena Diocesi, etiam contradicente Episcopo Diocesano.
- 10 Cardinales & Episcopi in Roma utantur privilegio altaris portatilis absque indulto Papa & n. 31.
- 11 Cardinales sunt majores Episcopis dignitate & officio, sed minores Ordine & num. 13.
- 12 Cardinalatus nulla est major dignitas in Ecclesia Dei & in Cardinalibus residet tota Majestas Christiana Reipublice & num. 21.
- 13 Dignitas & officium præponderat Ordini in prælationibus.

- 15 Altaris portatilis privilegio uti potest Episcopus electus & confirmatus, licet non consecratus, & n. 23.
- 16 Altaris viatici privilegium favore Cultus Divini est latè interpretandum, quatenus patitur verbum latitudo, & num. 30.
- 17 Cardinales, sicut Episcopi possunt sibi eligere confessorum qui tamen vel Parochiale beneficium habeat vel sit approbatus ab Ordinario ad confessiones audiendas.
- 18 Privilegium Principis latissime interpretandum est.
- 19 Privilegia Episcopis concessa ratione Pontificalis officii competunt etiam Cardinalibus.
- 20 Episcoporum appellatione veniunt etiam eorum Superiores & num. 30.
- 21 Ratio ubi est eadem, Lex non dicitur extendi, sed enunciarî, & num. 28.
- 22 Episcopi appellatione venit etiam nondum consecratus in materia proportionabilis, tam confirmato, quam consecrato.
- 23 Cardinales an gaudeant privilegio, cap. Quia periculosum, de sentent. excomm. lib. 6. ut panam suspensionis vel interdicti non incurant nisi in sententia sint expressi.
- 24 Interpretatio in dubio fit pro jure communi, quando concurrat in privilegio.
- 25 Altaris portatilis privilegium concessum Fratribus Prædicatoribus & Minoribus non extenditur ad Episcopos.
- 26 Privilegium extenditur ex identitate rationis, si id patiatur lata verbi significatio vel alius esse ejusdem.
- 27 Privilegium celebrandi Missæ in Capella ad quam confluit fidelium multitudo, extenditur etiam ad Missas cantatas & ad oblationes voluntarias.

Quod nonnullis. Tempore generalis interdicti clam celebrare possunt Episcopi non prohibiti qui non fuerint interdicti culpabiles. Hoc dicit Joan. Andr. Butr. Card. Anchar. & Abb. Primò ponit privilegium. Secundo exceptionem hic nisi. Tertio determinationem hic vero. Hodie hoc non est privilegium Episcoporum, sed jus commune, ut in c. Alma Mater de sent. excomm. lib. 6. & ideò in hac Decretali non est multum insistendum: simile in cap. Communis filius 23. distinç.

Nota primò hic Ad Episcopos extendentes, privilegium Religiosis concessum non extendi ad Episcopos, quia privilegium non patitur extensionem de persona ad personam ex identitate rationis, ut est casus in cap. Sanâ supra eodem; & hic notat Abb. in 1. notab. sed hoc intellige, ut dicam infra nam. 28.

Secundò nota hic qui causam aliquam præsterint interdicto, privilegium aliquibus concessum, ut tempore interdicti, januis clausis, suppressa voce & non pulsatis campanis possint celebrare Divina, non suffragari eis qui causam dederunt vel fraudem commiserunt in eo propter quod positum est interdictum, ut quia interdictum fuit latum ab eorum culpa vel

ipsi præsterint favorem illis qui causam dederunt interdicto secundum Innoc. hic *num. 3. & 4.* in verbo aliquam & Abb. in secundo notab. Hodie hoc est expressum in dicto capite. Alma Mater, de sentent. excomm. lib. 6. ubi plene videas de his que hic tanguntur & aliis ad hanc materiam spectantibus.

Sed hic occurrit dubium an privilegium celebrandi divina tempore interdicti aliquibus Religionis concessum dum hic extenditur ad Episcopos, censetur etiam extendum ad Cardinales, Joan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de legat. L. Sequitur in fin. add. vers. Item per hoc dico, tenet Cardinalibus etiam sine legatione competere lex privilegia que recententur à glossa penult. in cap. fin. de privileg. lib. 6. Inter que numeratur etiam privilegium, de quo in hac Decretali.

Ex hoc infero ad notabilem questionem, an privilegium altaris viatici competebat S. R. E. Cardinalibus.

Bonifacius VIII. in cap. fin. de privileg. lib. 6. disposuit ut infra: Quoniam Episcopi, eorumque Superiores se habent. 6 diversis ex causis à suis Ecclesiis & Diocesibus absentare frequenter, nec semper possunt commode ad Ecclesias esse

- 1. *Servi Ecclesiarum gaudent Ecclesiasticis privilegiis.*
- 2. *Oblati sunt servi Monasterii.*
- 3. *Oblati acquirunt Monasterio, non sibi ibidem.*
- 4. *Oblatus plene non dicitur, qui sibi usufructum retinuit, licet gaudeat privilegio sepulture tempore interdicti.*
- 5. *Oblatus plene non dicitur offerens se, ac bona presentia.*
- 6. *Oblatio plena quid requirat.*
- 7. *Oblati promittunt obedientiam, licet non Monachalem.*
- 8. *Oblatus renunciat proprio, & amittit testamenti factionem ibidem.*
- 9. *Bona oblata etiam sine persona efficiuntur Ecclesiastica.*
- 10. *Offertus bona sine persona non efficitur de foro Ecclesiastico.*
- 11. *Confrater dici non potest, qui bona sua dat Religioni ibidem.*
- 12. *Offertus se, aut simpliciter, aut sine bonis, aut cum reservatione bonorum, non est persona Ecclesiastica.*
- 13. *Oblatio censetur celebrata juxta Ecclesie statutum vel consuetudinem.*
- 14. *Conversus Ecclesie Regularis cum persona censetur etiam bona obtulisse.*
- 15. *Secus in converso Ecclesie secularis ibidem.*
- 16. *Offertus se simpliciter non censetur obtulisse bona.*
- 17. *Offertus se, & majorem partem bonorum non dicitur persona Ecclesiastica.*
- 18. *Exemptiones ut duobus, aut tribus denariis Religioni oblati acquirunt indignum est.*
- 19. *Oblatus non dicitur is, cui pars bonorum oblatorum in emphiteusim conceditur.*
- 20. *Latus tenetur ad onera laica pro emphiteusi Ecclesie, ibidem.*
- 21. *Conclusiones circa oblato.*
- 22. *Oblatio non excluditur ex detentione vel usu facti rei*

Ut privilegia. Privilegium Religiosis concessum ut possint sepelire Confratres suos tempore interdicti, intelligitur de illis Confratribus, qui licet maneant in seculo, tamen se Ordini obulerunt mutato habitu seculari, vel de illis, qui bona sua eis dederunt usufructu retento. Hoc primo.

Privilegium Religiosis concessum, quo ejus venientibus ad locum interdictum semel in anno aperiantur Ecclesie, ut celebrentur in eis divina, intelligitur quod una sola aperiantur in loco. Hoc dicitur. Et secunda hic, Illud, Joan. Andr. dividit in tres partes. Prima premitit exordium. Secunda duas declarationes, quarum posterior incipit hic, Illud. Tertia partem addit. Secunda hic, Sancti. Tertia hic, Qui vero. Et secunda pars textus locum habet tantummodo in privilegiis oblati post e. Alma Mater, de sentent. excomm. l. 6. Non autem in oblati ante, quia sunt revocata per illam Decretalem, ut in specie de hoc privilegio Templariorum & Hospitaliariorum, quo in eorum jure adventu in anno aperiebatur una Ecclesia in loco tempore interdicti, & celebrabantur divina, declarat glossa hic, in ver. Concessi, & Abb. hic in ult. notat.

Circa primam partem textus generaliter quæro, primo, an Oblati alicujus Religionis iudicandi sint persone Ecclesiasticæ, adeo ut à foro seculari, & vestigialibus tam quoad personas, quam quoad bona debeant esse immunes, sive personam, & universa bona obtulerint, sive personam tantum, sive personam cum minima parte bonorum; præsertim si hujusmodi pars bonorum illis postea à Superiore Religiosis fuerit in emphiteusim concessa.

Et quævis sint immunes, an talis exemptio extendatur ad conjugatos sive ante, sive post obligationem Matrimonium contraxerint. Et an eadem exemptio à foro seculari illis etiam proficiat, qui ante obligationem delictum commiserunt, cuius vindicta ad iudicem secularem pertinet.

Item an iurisdicchio, quæ vigore Trident. Conc. c. 11. sess. 24. competit Ordinariis in Oblatos carentes requisitis expressis ibidem in ver. Exceptis. Complectatur tam spiritualia, quam temporalia.

Et an talis iurisdicchio ex decreto Concilii intelligatur tributa Ordinariis in Oblatos cumulative vel privative quoad Superiores ejus Religionis, cui oblato sunt.

Ut in hac materia, in qua maxima est opinionum varietas, quantum fieri potest clare procedatur, primum constituenda sunt conclusiones, in quibus Doctores conveniunt; & deinde ad eas descendendum, in quibus discrepant sententia.

Primum illud certi juris est, Oblatos esse Ecclesiasticas personas, & privilegia Religionis, cui oblato sunt, assumere, atque à foro seculari, & secularibus exactionibus esse exemptos: quod probatur hic, & in c. Cum & plantare, §. De Confratribus, supra eadem, c. Non dubium, de sentent. excomm. c. in c. Per exemptionem, de privileg. in 6. Clem. 1. de decim. ubi DD. cum concord. Tamest enim duo sunt genera Christianorum, alterum laicorum,

- 23. *Oblatio an habeat mutationem requirat, & quales & numer. 15.*
- 24. *Conversus & oblato in quibus differant.*
- 25. *Oblatio an requirat ut seculum relinquatur.*
- 26. *Miles conatu accepto remanens in domo sua non habet Militis privilegia.*
- 27. *Concilii Tridentini requisita in cap. 11. sess. 24. sunt necessaria ad vitandum forum Ordinarii, non autem iudicis laici.*
- 28. *Oblati plene an gaudeant privilegiis, si ante vel post obligationem Matrimonium contraxerint.*
- 29. *Conjugalis status non est incompatibilis cum statu oblato.*
- 30. *Votum solemnizatur per susceptionem sacri ordinis vel per professionem.*
- 31. *Clericus conjugatus non gaudet nisi privilegio fori & Canonis.*
- 32. *Oblatus conjugatus gaudet omnibus privilegiis persone Ecclesiasticæ.*
- 33. *Oblati post delictum commissum an, & quando subsint foro seculari.*
- 34. *Concilium Tridentinum cap. 11. sess. 24. non habet locum in civilibus, sed tantum in criminalibus.*
- 35. *Episcopi iurisdicchio in oblato respicit spiritualia tantum.*
- 36. *Oblati non habentes requisita an eximantur etiam à jurisdictione Diocesana.*
- 37. *Concilium Tridentinum quid statuerit circa oblato præter jus commune.*
- 38. *Episcopi iurisdicchio in oblato an sit cumulativa.*
- 39. *Iurisdicchio concessa Episcopo in scholares an sit privativa ad Rectorem Universitatis.*
- 40. *Iurisdicchio Episcopi quibus casibus sit cumulativa cum inferioribus Prælati.*

alterum eorum, qui divinit sunt mancipati obsequiis, cap. Duo sunt, 12. q. 1. æquum est tamen omnes quoque Oblatos utcumque laicos, qui se Religionis dederunt, ejus assumere privilegia, gloss. in d. c. Non dubium in verb. Religiosis.

Hi autem oblato quales esse debent pluribus modis explicat DD. aliquando enim requirunt ut sint proprie oblato cum effectu, aliquando ut sint plene oblato, sive plene translati, ut dictis privilegiis potantur, ut hic notant Henr. & Abb. n. 3. & idem Abb. conf. 54. in 1. part. n. 3. & probatur in d. c. Cum & plantare, §. De Confratribus, hic, Si non se prædictis statibus commisit reddiderint, & in d. Clem. de decim. in ultimis verbis. Et ratio est, quia per hanc propriam obligationem sive plenam, sive cum effectu, Oblati efficiuntur similes servi Ecclesiarum, qui Ecclesiasticis gaudent privilegiis, c. Ecclesiarum servos, 12. q. 2. Quæ ratione utitur Archid. in d. c. Duo sunt, Abb. in d. conf. 54. n. 3. Silveit. in ver. Ecclesia, in primo num. 6. ver. Quintum, & passim alii Doctores. Imò eos esse proprie servos Monasterii dicit gloss. in c. Ult. lex continetia, in ver. Professus, 7. q. 1. & Card. in Clem. 1. de decim. n. 22. Subdend. eos propterea acquirere Monasterio, non sibi. Ac proinde excluditur, qui obtulit se, & bona omnia usufructu retento; id enim non sufficit ad plenam obligationem, quamvis sufficit ut sit privilegiatus quoad privilegium Religionis, ut ejus Regularis sepeliri in Ecclesia possint tempore interdicti, ut tradit gloss. in Clem. 1. de decim. quæ optime hanc materiam distinguit, Henr. Boich. in hoc c. Franc. Marc. de off. 24. num. 2. Strach. in repet. Auth. Ingressi, c. 20. n. 22. Bur. in c. In presentia, de probat. in fine. Præterea excluditur, qui obtulit bona omnia presentia, sed non futura, quæ non veniant in simplici obligatione, ut per Strach. d. Auth. Ingressi, in ver. Sum, c. 8. n. 14. Tamest Anton. de Butt. d. c. In presentia, in fine tenuerit offerentem se, & sua Ecclesia Regulari censerit etiam offerre futura, quia sic est de natura Ecclesie.

Ad hanc vero effectivalem, seu propriam, & plenam obligationem inducendam quæ requirantur, magna habet dubitationem. De duobus plane requisitis nemo dubitat, videlicet opus esse, ut oblatus perpetuo, & efficaciter obulerit, et se quam bona sua ea nimirum ratione quia devotendo se promittit obedientiam licet non Monachalem. Anch. in d. Clem. 1. de decim. n. 26. & offerendo bona renuntiar proprio & admittit testamenti factionem, gloss. in c. ut lex continetia in verbo professus 27. q. 1. Dec. in c. In presentia n. 26. de probat. quæ duo efficiunt offerentem personam Ecclesiasticam, ut per DD. in c. cum ad Monasterium de stat. Monach. & quævis possit offerens offerre se sine bonis & bona sine persona sua; & possit etiam offerre se cum parte bonorum, ut per Socin. in tract. de oblat. in 7. libello in pluribus questionibus tamen in hoc casu, ut Persona sit Ecclesiastica, requiritur ut oblato perpetua & efficaciter tam personam quam bonorum, ita utrumque requiratur.

requirunt per textum d. Clem. 1. de decim. Laud. ibid. Imol. n. 28. Anchar. n. 16. Zabarell. n. 20. Host. hic n. 6. & Joan. Andr. in glossa 3. Henr. & Abb. eod. loco. Dec. in c. 1. In presentia n. 23. de probat. Archid. quem ceteri sequuntur in d. c. Duo sunt n. 6. Abb. in d. conf. 54. n. 2. Silveit. in ver. Ecclesia n. 6. ver. Quintum. Remig. de charit. subid. q. 61. n. 33. & passim DD. de hac materia tractantes. Et in specie talem obligationem debere esse perpetuam, tradit post alios Covarr. in loco inferius citando num. 8. & ante eum Joan. Andr. d. cap. per exemptionem, ubi Gemin. & Franc. in secundo notat.

Et hæc duorum requisitorum necessitas excludit primo à numero personarum Ecclesiarum oblato illos qui offerunt bona & non se; quamvis enim ea bona ob talem obligationem Ecclesiastica efficiantur, ut per Abb. d. conf. 54. n. 2. & sint immunia ab exactionibus secularibus, ut hic per eum: non tamen illa offerens absque persona, efficitur de foro Ecclesie, ut per Doctores supra citatos, præsertim Abbatem hic, numero tertio, ubi ait: Confratrem enim non posse, qui bona sua dat Religioni, quia illa est donatio & non fraternitas.

Secundo excludit offerentes personam absque bonis, sive personam obulerint cum reservatione expressa bonorum, sive simpliciter personam obulerint, nulla de bonis mentione facta; nam in ejusmodi obligatione bona non veniunt, nisi expresse offerantur. Bur. in c. In presentia de probat. in fine. Joannes Andreas & alii quos referit & sequitur Soc. d. tract. in libel. in 22. q. quod tamen limitat, nisi aliud habeat statutum vel consuetudo Ecclesie cui sit oblato, quia tali casu oblato intelligeretur celebrata juxta illius Ecclesie statutum vel consuetudinem.

Nec oblat quod bona sint accessoria ad personam, ac propterea quod offerens se censatur etiam bona obtulisse, etiam si non exprimentur, ut de converso Ecclesie secularis tenuit Odostr. relatus à Bur. in Auth. Ingressi, n. 12. C. de Sacros. Ecclesie & de converso Ecclesie Regularis Bald. ibid. n. 4. ver. Secundo oppono & Franc. Marc. de off. 24. n. 12. Bellam. in c. Religio de sent. excomm. lib. 6. respondetur enim in converso Ecclesie Regularis, non dubium quin oblato persona, etiam bona obata censentur, cum illa retinere non possit, quia efficitur Religiosus, ut per Bartol. & Bald. ubi supra. At in converso Ecclesie secularis secus est; ut enim cum possit retinere bona per obligationem personæ, non censetur bona obtulisse, ut per Bald. in d. Auth. Ingressi n. 9. non autem agimus de oblato Regulari Ecclesie, qui cum non efficiatur Monachus & possit bona retinere, à cessante ratione, quam in converso Regularis Ecclesie rediunt Bartol. & Bald. quod oblato persona censetur obtulisse etiam bona, quia ea retinere non possunt: sequitur ut cum oblato retinere bona possint, ea obtulisse non intelligatur; & id est quod etiam tradit Baldus in d. Authen. Ingressi, numero 8. ubi ait: oblato Regulari Ecclesie bona non amittunt, nisi totaliter renuntiet seculo illudque mutet: quo casu Monacho acquiparatur.

Tertio hic duobus requisitis, excluditur etiam is qui obtulit personam cum parte bonorum tantum, quamvis majorem; cum enim Doctores requirant simpliciter obligationem bonorum; id verò bonorum in hac materia simpliciter prolatum includit omnia bona. Soc. d. tract. de oblat. in 8. libel. q. 5. & obligationem majoris partis in hac materia non acquipollere obligationi omnium: docuit glossa hic in veris pro parte, ubi Henr. id in specie adnotavit. Quod cum verum sit, a fortiori procedit in eo qui obtulit Ecclesie minimam partem bonorum in quo proprie quadrat quod habetur hic. Indignum 19 esse ut pro duobus aut tribus denariis acquiratur hujusmodi exemptiones: præsertim si postea talis bonorum pars oblato in emphiteusim concederetur: quo casu nedum offerens non est plene oblatus, sed etiam bona ipsa ad onera laicalia tenentur; tum quia hoc casu videtur subesse fraus propter actum vicinitatem. Oidrad. conf. 242. factum tale est. Dominus noster sub n. 6. ver. Et quod fuerit fraudulenta; tum quia laicus tenetur ad onera laicalia pro se emphiteusim ea quam obtinet ab Ecclesia, quia dominium utile est quod laicale. Alex. conf. 103. in 1. vol. ubi dicit cum teneri ad solutionem vechigalium ratione fructuum; & post Bartol. & alios tradit Remig. de charit. subid. q. 61. n. 32. & 33.

Ex prædictis satis tuto eliciuntur aliqua conclusiones negative, videlicet offerentes se & non bona, sive ea expresse retinendo, sive de eis mentionem in obligatione non faciendo, non debent censerì persone Ecclesiasticæ nec gauderi immunitatis, nisi ea tharuo vel consuetudine Ecclesie cui sit oblato, in obligatione personæ bonorum oblato includeretur, ut dictum est licet non fuerit persone Ecclesiasticæ offerentes se & bona, sed non universa; & multo minus si minimam tantum eorum partem obtulerint, præsertim si ea postea in emphiteusim ab Ecclesia obtinuerint: non tamen videtur excludendus quomvis sit persona Ecclesiastica qui sibi non reservavit aliquam partem forum bonorum neque in proprie.

Fagnan. in V. Lib. Decretal.

tatem neque in possessionem nec in usufructum nec in jus urendi, sed tantum in quandam intentionem & usum facti, permittente Superiori regulari & donec ipse Superior voluerit ita ut Superior possit pro libito auferre, licet de honestate permittente possit, ut de Regular. declarat Bald. in d. Auth. Ingressi n. 6.

Verum an sit constituenda conclusio affirmativa, ut qui se & bona obtulerint, persone Ecclesiasticæ censentur & immunitatibus gaudeant: etiam si nihil aliud præterea concurrat: in hoc est maxima difficultas propter alia duo requisita, quæ una cum obligatione personæ & bonorum nonnulli Doctores conjunctim exigunt & nonnulli prætermittunt, ita ut non videatur illa habere pro necessariis ad gaudendum immunitate.

Ex his alterum est mutatio habitus, an videlicet ut offerens bona & personam sit persona Ecclesiastica, oporteat ut habitus mutet.

Alterum est, an ita offerens, ut sit persona Ecclesiastica: necesse sit ut seculum relinquat & ad Ecclesiam se transferat.

Quoad primum, verior & communior videtur opinio, ut etiam habitus mutatio requiratur. Hæc est doctrina Host. hic n. 6. quo loco ait: (Ubi aliqui vel aliquæ offerunt se & sua Ecclesie Cathedralibus vel Conventualibus vel aliis secularibus & signam accipiunt, Ecclesiasticæ personæ censentur.) Host. totidem verbis refertur & sequuntur Joan. Andr. in d. c. Duo sunt n. 6. Silveit. d. ver. Ecclesia n. 6. ver. Limitare & de verbo Oblato prope finem. Idem Host. in Summa tit. de Regular. §. 1. supra cit. in fin. S. Anton. in 1. part. tit. 23. c. 5. §. 1. & in terminis ita decidit Capel. Tolofana dec. 8. ubi habetur laicum qui se & bona obtulit Ecclesie, habitus non mutato, non esse restituendum iudici Ecclesiastico. Nec novum est in jure Canonico ad consequenda privilegia Ecclesiasticæ personæ, necessariam esse declarationem habitus Ecclesiastici, ut in c. 1. de Cler. conjug. in 6.

Hæc opinioni non obstat primo quod Doctores constituentes differentiam inter conversos & oblato, dicant eos esse conversos qui se & sua dant Religioni, habitu mutato; oblato vero qui se & sua offerunt absque habitus mutatione. Laud. quem refertur & sequuntur in Clem. 1. de decim. supra citat. Zabarell. n. 10. Anchar. n. 16. Imol. n. 28. Dec. in d. c. In presentia n. 22. Covarr. in c. Alma mater in 2. part. relect. §. 3. n. 8. Id enim ita accipiendum, ut in oblato non sit necessaria totalis mutatio habitus nec assumptio habitus Religionis cui se offert, sed sufficit aliquis mutatio; ita ut non sit habitus Religiosus, quemadmodum debet esse habitus conversi; sed differens tamen à laicali. Ita declarat hic gloss. in mutato, ubi in specie Henr. hanc rem laiculer explicat Silveit. in d. ver. Ecclesia n. 6. d. ver. Limitare. Et hoc est quod dicebat hic Host. quem ceteri sequuntur, videlicet signum aliquod accipi debere Ecclesiasticæ personæ.

Non obstat secundo quod aliqui Doctores & præsertim Abb. in d. conf. 54. scripserint oblato qui se & bona obtulerint, censerì Ecclesiasticas personas; & sic duo requisita censentur & mutationem habitus tanquam non necessariam omittant, quia itam Abbas quam ceteri Doctores ita loquentes, vel non excludunt hoc requisitum: licet non includant; vel si excludere intendunt, advertebantur communioni opinionum Doctorem, illud quoque requirentiam, ut supra dictum est.

Quoad alterum de seculo relinquendo, an sit necessarium in offerente, major est difficultas; nam plures ex Doctores hanc materiam pertractantibus requirunt obligationem personæ & bonorum, plurimi vero adiciunt tertium requisitum mutationis habitus non totalis. At verè nemo in locis supra citat. accertè paucissimi exprimentur necessarium esse ultra supra dicta etiam seculum derelinquere, ut sit locus privilegio exemptionis; & tamen valde probabilis est opinio, id quoque requisitum debere cum ceteris concurrere: quod certe apertissime sentire videtur Host. in c. Non dubium de sent. excomm. dum loquens de converso Ecclesie secularis qui tradidit se & sua; & idem est cum oblato ait. (Si est conversus remanens in domo propria & tanquam laicus vivens non gaudet immunitate; si vero est conversus qui tradidit se & sua & est confessor Clericus vivere debet: talis in forum Ecclesie in totum intelligitur esse translatus & immunitate Ecclesiastica gaudet.) Host. hic sequuntur Joan. Andr. Anton. de Butt. Henr. Collectar. & Petr. de Ubal. in tract. de quarta Episc. & Paroch. in 17. q. n. 11. & quamvis Host. in secundo membro sua distinctionis non expresserit an debeat suam domum sive seculum relinquere, cum tamen in priori membro id expresserit dicens illum non gaudere immunitate. In secundo in quo sentit gaudere satis exprimit oppositum, id est eum à domo sua recessisse & ad Ecclesiam esse translatum, ut exprimit hic Collectar. ita intelligens Hostiensis doctrinam.

de pro Missa celebranda vel audienda in ipsius, sine qua
 vos transire non, deest abque causa rationabili ullam diem
 praesenti constitutione indulgentiam eisdem, ut Altare possint
 habere viaticum & in eo celebrare, ac facere celebrari.
 Quod quidem privilegium Sacra Congregatio alias tenuit
 non fuisse sublatum decreto Tridentina Concilii cap. unico
 sess. 22. de observan. & evitan. in celebration. Missar. &
 Episcopos posse eodem privilegio uti, etiam extra casum
 absentiae ex rationabili causa veluti magis incommodi &
 ingruentis periculi; quod etiam Navar. fenerat conf. §
 num. 2. de privileg. & in manual. cap. 25. num. 82. Quin
 imò quiddam contra scripserit idem Navar. d. conf. §. 5. sa-
 pius respondit oratoria ad utum Episcopi etiam extra illius
 Dioecem constituta non comprehendi in dispositione dicti
 cap. Unici, nec in declaratione ab ipsa Congregatione edita
 non de celebrando in privatis oratoriis. Circumscripto au-
 tem Concilio & declaratione praedicta, manifestum est pri-
 vilegium hoc non restringit ad limites alicujus territorii, ut
 satis clare colligitur ex dict. cap. final. hic, à suis Ecclesijs
 ac Dioecibus abstinere, & infra in verb. Ubiqueque,
 quod ab Archiepiscopo prope fia. exponitur, id est quocum-
 que loco, sive in sua Dioecesi, sive extra & à Joan.
 Andr. & Lupo in tota Christianitate. Ideoque procedit
 etiam contradicentibus Episcopis Dioecesanis, quia hæc
 Decretalis, secundum quam Episcopos poterat quidem in
 aliena Dioecesi extra Ecclesiam celebrare, sed tamen pro-
 hiberi poterat ab Episcopo loci, fuit in hoc ampliata præ-
 dict. cap. final. de privileg. lib. 6. ubi hic nota: gloss. in
 verb. Indulgentis. Joan. Andr. Gemin. & ceteri omnes:
 quod quidem privilegium secundum Archiepiscopos, satis con-
 cordat cum eo, quod habetur in cap. Concedimus, de con-
 secr. dist. 1. ubi Concilium Triburienfe generaliter indul-
 get, ut in itinere possit, si Ecclesia defuerit, sub dio sive
 in tentoriis, ita tamen si tabula Altaris consecrata & Altare
 portatile fuerit, Missarum solemnitas licet celebrare. Item
 concordat cum simili indulto quod Honorius III. tribuit
 Prædicatoribus & Minoribus ut possint in Altari viatico
 celebrare libere, id est sine Dioecesanorum, ut legitur in c.
 In his, infra eod. Itaque competit hoc privilegium Episco-
 pis ad eum modum quod competebat ante Concilium, à
 quo ex sententia S. Congregationis sublatum aut restrictum
 non fuit.

10 His præhabitis, consulitur Sacra Congregatio an eodem
 modo hoc privilegium competat S. R. Eccles. Cardinalibus.
 Et quidem Romæ secundum Navar. locis citatis ex
 consuetudine nec Episcopi, nec Cardinales hoc privilegio
 utuntur absque indulto specialis Summi Pontificis: verba
 Navari hæc sunt: (Servatur Romæ quod Episcopos non
 utitur illo privilegio Episcopali, cap. fin. post Concil.
 Tridentin. aded quidem, quod neque Cardinales utuntur
 eo nisi de concessione expressa Papæ, quam Papa concedit
 quidem illis, sed rarisimè alijs Episcopis.) Hæc Navar.
 11 Sed quiddam sit in cænia in qua Prælati consueverunt
 abstinere etiam ab usâ facultatum & privilegiorum suorum
 sive ob reverentiam Summi Pontificis, juxta nota in cap.
 Qua fronte, de appellat. & in cap. Volentes, de offic.
 Delegat. gloss. 1. in cap. Privilegium, de regal. jur. lib. 6.
 gloss. penult. in cap. Antiqua, supra eodem, sive ob facul-
 tatem recursum ad Sanctitatem suam pro gratia obtinenda,
 ex traditis per Felin. post Imol. in cap. Quod super his,
 num. 12. vers. Sed quod dixi, de fid. instrument. Ad du-
 bium videtur respondendum simpliciter privilegium Altaris
 viatici competere Cardinalibus ad eum modum, quo com-
 petit Episcopis in vim dict. cap. final. Nam verba illa textus,
 eorumque Superiores, etiam exponantur à gloss. in cap.
 Quia periculosum, in verb. Superioribus, de sentent. ex-
 commun. lib. 6. pro Archiepiscopis, Patriarchis & Primati-
 bus: tamen in sui latitudine apta sunt comprehendere etiam
 Cardinales qui diguntur & officio sunt majores Episcopis,
 cap. Constantinus 96. distinct. cap. Per venerabilem, §.
 Rationibus: Qui filii sint legitimi. Anchar. cons. 255.
 pro clariori, vers. Præcedant enim Episcopos dignitate, &
 12 prærogativis multis Joan. Monach. P. Joan. Andr. Gemin.
 & alii in cap. 1. de Schismat. lib. 6. Bald. in l. Ad simili-
 tudinem, Cod. de Episc. & Cler. in 1. ff. de offic. Præf. Prætor.
 & latissimè probat Andreas Barbatus in tractat. de
 præf. Cardin. d. num. 42. usque ad num. 52. ubi paulò ante
 num. 43. ait rectè locutum fuisse Host. Joan. Andr. Joan.
 Dicitur, il primo, de præf. dum dixerunt nullam digni-
 tatem esse hodie majorem Cardinalatu; & idem tenet Card.
 in Clem. Ne Romani, de elect. ubi ait Cardinalatum hodie
 esse summum gradum post Papam. Et quiddam sit de Doc-
 torum opinionibus, clarè id constat ex epistola Decretali
 Eugenii IV. de Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium
 dignitate ceteris Ecclesiasticis dignitatibus præfationi:
 que incipit; Non mediocri. Data Florentiæ, ubi Eugenius
 tunc residebat in Concilio Florentino, anno sui Pontificatus

8. ad Archiepiscopum Cantuariensem in Anglia qui ques-
 tionem moverat super præcedentia cum Joan. ut. S. Bal-
 bina Presbitero Cardinali. In ea enim validissimi rationibus
 definitur, post caput Ecclesie ejusd. Papæ, conigua sui
 corporis membra, qui sunt fratres ejus Cardinales, præ ca-
 teris Ecclesie membris ac partibus honorari debent. Et
 Cardinalatûs dignitatem esse majorem ac sublimiorem Epis-
 copali, Archiepiscopali & Patriarchali, & ita semper in Ec-
 clesia habitam & reputatam fuisse. Idemque habetur in
 Constitutione Leonis X. in Concil. Lateranensi edita tercio
 nonas Maii 1514. que incipit: Suprema, hic, Et cum S.
 R. E. Cardinales ceteros omnes in ipsa Ecclesia, post Sum-
 mum Pontificem honore ac dignitate præcedant. Quod col-
 ligitur etiam ex Tridentina Synodo, cap. 1. sess. 24. & ex
 Constitutione Sixti Quinti de Sanctæ Romanæ Ecclesie Car-
 dinalium præstantia, edita tercio nonas Decembris 1585.

Neque obicit, quod Cardinalis ordine sit minor Episcopo
 cap. Ante omnia. 40. dist. cap. De his, de consecr. dist. 8.
 Clem. Si quis suadente, §. Nec super hæc, de penis, gloss.
 ult. in cap. Quamquam, 2. quæst. 7. Host. Abb. & alii in
 cap. Ecclesia, il secundo de elect. fusc. Barbat. loco supra
 citato. Nam responderetur in ejusmodi prærogativis & privi-
 legiis potius habendam esse rationem dignitatis quam Or-
 dinis, ut declarat idem Eugenius in prædicta Decretali,
 his verbis: Nec censetur quisquam quod Ordo Episcopalis
 Presbiterio major sit, quantum in ejusmodi prælationibus
 officium ac dignitas præponderat Ordini: Quæmadmodum
 jure cautum est, ut Archiepiscopus non Presbiter jure juris-
 dictionis obtentu Archiepiscopatus præferatur. Hæc hic, 15
 In specie autem in privilegio Altaris viatici potius spectari
 prærogativam dignitatis quam Ordinis, ex hoc licet intelli-
 gere, quod idem privilegium competit etiam Episcopo electo
 & confirmato quamvis non consecrato secundum Gemin.
 & Franc. in d. cap. fin. de privileg. lib. 6. ut iarius dicitur
 inferius. Quæmadmodum ergo Cardinales honore præ-
 rogativa lætantur, sic privilegij potiri debent amplioribus,
 ut legitur in cap. Officiis de off. Leg. lib. 6.

Nec refragatur quod Archiepiscopus in d. cap. fin. in ver-
 Indulgentis, dicit: Cum ista sit Episcoporum indulgentia,
 eam non extendam; quandoquidem cum verba illa Decreta-
 lis, eorumque Superiores, congruè conveniant Cardinalibus
 ut ostensum est supra hæc non dicitur extensio privilegij,
 sed comprehensio, cap. Porro supra eodem. Ideoque videm-
 us privilegium eligendi Confessorem, quod similiter con-
 ceditur Episcopis & alijs Superioribus, in cap. fin. de penis.
 remiss. eodem modo competere Cardinalibus sicut Episcopis
 secundum Joan. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de legat.
 §. Sequitur in fin. addit. & Gondifalvus de Villadiego in
 tract. de Cardinalib. qu. 12. Licet tam Cardinales, quam
 Episcopi teneantur eligere Sacerdotem vel Parochialem be-
 neficium habentem vel alijs ab Ordinario approbatum ad
 Confessiones audiendas ad præscriptum, cap. 15. sess. 23.
 Concil. Trident. ut Sacra Congregatio declaravit & scripsi-
 tum latissimè in d. cap. fin. in Episcopis, n. 5. usque ad n. 31.
 & in Cardinalibus, d. n. 31. usque ad n. 63.

Præterea contra Archiepiscopum videtur sentire gloss. in c.
 In his infra eodem, ubi cum Honorius III. declarat privi-
 legium à se concessum Fratribus Prædicatoribus & Mino-
 ribus, ut ubique possint cum Altari viatico celebrare, non
 esse ita intelligendum, ut facere hoc non possint absque
 Prælatorum licentia, ut quidam afferebant qui nimis stricte
 interpretantur hujusmodi indulgentiam, gloss. in verb.
 Nihil stricte dicit, quod esse non debet, quia Principis
 privilegium latissimè interpretandum est, infra de verb. signif.
 cap. Olim ff. de Const. Princip. l. ult. & 2. qu. 3. cap. Si
 quem, §. Notandum in fine.

Et hæc fit ut illa quoque privilegia que tribuuntur Epis-
 copis sine illis verbis, eorumque Superioribus, & ob specia-
 lem rationem Pontificalis officii, in cap. 2. de off. Deleg.
 lib. 6. in cap. fin. de juram. calumn. & in hoc cap. etiam
 Cardinalibus competant secundum Joan. Andr. & Villadieg.
 in locis proximè citatis, num. 17. Et ratio est, quia appella-
 tione Episcoporum veniunt etiam Superiores secundum
 gloss. penult. in cap. Quia periculosum de sentent. excomm.
 quam hic sequuntur Joan. Andr. & dicit esse benè notandum
 Gemin. in fin.

Sed & ratio illa, que in d. c. fin. adducitur nempe quod
 sine Missa non deest Episcopo, eorumque Superiores trans-
 ire absque rationabili causa ullam diem, maxime congruit
 Cardinalibus propter eminentiam dignitatis, quæ post Pa-
 patum nulla est major in Ecclesia Dei, ut inquit Rom.
 conf. 498. num. 11. Paul. de Castr. conf. 421. num. 4.
 & conf. 421. num. 2. lib. 1. & dictum est supra n. 12.
 In eis enim, ut dicit Jul. Clar. in praxi criminal. §. final.
 qu. 98. n. 5. in fin. vers. Ego nunquam, redidit tota Ma-
 jestas Christianæ Reipublice; undè in primis decet eos in
 his que ad Dei cultum spectant, ita alijs præfulgere, ut
 meritò omnium in se oculos convertant, ut legitur in cap.
 1. in

De Privileg. c. Quod nonnullis.

7. in fin. sess. 25. Concil. Trident. & in Constitutione
 Sixti V. de S. R. E. Cardinalium præstantia que incipit,
 Postquam verus, hic: Luceant omnibus qui in domo Domini
 habitant, & sic; in quos ob testitudinem gradus omnium
 oculi, dantur ora convertuntur. Et cum ratio illa decentia
 sit expressa in Canone, illius dispositio habet locum in
 Cardinalibus non ex vi extensiva, sed comprehensiva, l.
 His jels, vers. Satis tamen Cod. de revoran. donat. Bald.
 in rubr. Cod. de naut. fanor. gloss. Jul. & alii in Authen.
 Quas adiones, Cod. de sacro. Eccl. Neque enim dicitur
 lex extendi ubi eadem est ratio, sed enucleari, l. Si postu-
 laverit §. Sed si arguatur ff. de arguatur. quem text. ad hoc
 propositum allegat Oldrad. cons. 187. Thema tale est in
 fin. Calder. cons. 1. Ut lite pendens. cum alijs adductis per
 Cravet. cons. 184. Regul. n. 3.

23 Et hinc fit, ut quavis appellatione Episcopi regulariter
 non veniat non consecratus, secundum gloss. in cap. 1. de
 religiof. dom. & gloss. in Clement. 1. de pen. in princ.
 Tamen privilegium Altaris portatilis competit etiam Episco-
 po electo & confirmato nondum consecrato, ut per
 Gemin. in d. cap. fin. ult. in quæst. quia secundum eum
 materia est proportionabilis confirmato, sicut consecrato &
 sequitur Frax. lib. 2. n. 3.

24 Neque obicit quod in d. cap. Quia periculosum de sent.
 excomm. lib. 6. per edemdem verba, Episcopis eorumque
 superioribus indulgetur, ut nullam interdidi vel suspensio-
 nis penam incurrant, nisi in sententia tunc expressè & ta-
 men privilegium illud non competit Cardinalibus, ut tenet
 Joan. Monach. hic eum. 4. dicens, in hoc tamen Cardinales
 non includi: ubi etiam Philipp. Prob. in addit. num. 1.
 Joan. de Anan. in rubr. de Cler. excomm. in ultim. col.
 l. que forte veritas putet Felin. in d. cap. Quod super his n.
 12. vers. Secundo quia de fide instrum.

Primo enim respondetur hoc idè contingere, quia se-
 cundum prælegat. DD. in Cardinalibus cessat ratio illius
 Decretalis, scilicet impediendi officium Episcopale; Mi-
 nisterium enim quod ex debito officii sui impendunt Car-
 dinales Romano Pontifici in consilio exhibendis pro admi-
 nistratione universalis Ecclesie juxta text. in cap. per ve-
 nerabilem §. Rationibus; Qui fil. sint legit. & Decret.
 Trid. Concil. d. c. 1. sess. 25. Non est officium Episcopale
 quod impediatur per sententiam suspensionis vel interdidi;
 unde non mirum si verba illa, eorumque Superioribus, utio-
 nemque generalia restringantur ad limites specialis, rationis
 cumque generalia restringantur ad limites specialis, rationis
 juxta text. in l. Cum pater §. Dulcissimis, ubi Bart. &
 DD. notant ff. de leg. cum simit. Ad in casu nostro ratio
 quod non deest transire ullam diem, sine Missa celebranda
 vel audienda non cessat; Imò maxime viget in Cardinali-
 bus, ac pròinde dispositio etiam si esset specialis, deberet
 tamen extendi juxta latitudinem rationis generalis, l. Re-
 gula §. fin. ubi Bart. & Bal. notant ff. de juris & fact.
 ignor. Abb. in c. Sicut in fin. de testam.

Deinde respondetur contra Joan. Monach. stare autorita-
 tem Joan. Andr. in d. c. Quis periculosum circa princ. de
 sentent. excomm. lib. 6. & ibidem Gemin. ver. Quæro an
 Cardinales, & Anchar. n. 1. ubi tenent privilegium præ-
 dictæ Decretalis etiam Cardinalibus competere. Dicunt
 etiam ita tenere Hostiensis in cap. 2. de Cler. non resident.
 idque intelligendum esse etiam in Cardinalibus non Episco-
 pis.

25 Sed obicit: In privilegijs non fit extensio de persona
 ad personam, etiam ex identitate vel majoritate rationis,
 cap. Ne aliquis, de Gemin. in 4. notab. de privileg.
 lib. 6. Ant. de Butr. in cap. Sane, supra eodem, & est
 communis opinio, ut testatur incertus Autor post regulas
 Soccin. reg. 8. privilegia debent stricte interpretari in prima
 ampliat. Et ratio est, quia in dubio fit interpretatio in
 jure communi, quando concurrunt cum privileg. cap. 1. de
 rescript. cap. 1. ubi Anton. de Butr. de donat. cap. 1. §.
 Nunguid de privileg. lib. 6. ubi Gemin. in 1. notab. Feder.
 de Sen. cons. 156. circa mod. vers. Item quando jus com-
 mune: Ideoque privilegium Altaris viatici concessum Præ-
 dicatoribus & Minoribus, juxta c. in his, infra eod. non
 extenditur ad Episcopos, licet in eis militet eadem, aut
 major ratio, ex eo textu deditur Abb. in 2. notab. Ergo
 eodem modo hoc privilegium concessum Episcopis non vi-

detur extendendum ad Cardinales ex identitate vel majori-
 tate rationis.
 Ceterum respondetur obijctionem procedere quòd verba
 privilegij ita sunt restricta ad certas personas, ut etiam se-
 cundum latam vocabuli significationem nequeant ad alias
 ampliari, tunc enim verissimum est non admitti extensio-
 nem de persona ad personam, nisi cum privilegium alias
 esset elutonium & nihil operaretur, juxta terminos, cap.
 Licet de privileg. lib. 6. Et ita procedit hæc Decretalis
 privilegium etiam celebrandi tempore generalis interdidi
 concessum Fratribus Prædicatoribus & Minoribus, idcirco
 ab Innocentio III. extenditur ad Episcopos, quia eorundem
 Fratrum appellatione etiam secundum latorem voca-
 buli significationem non veniunt Episcopi, undè benè ex
 eo textu, deditur Abbas privilegium Altaris viatici præ-
 dictis Fratribus concessum ad Episcopos non extendi, ut
 dixi supra in 1. notab. Ad fecus est si verba privilegij secun-
 dum sui latitudinem, ac generalitatem sint apta compre-
 hendere etiam alias personas, quam nominatim expressè, quia
 tunc fit privilegium fit favorabile, fit lata interpretatio, ut
 habet locum in omnibus qui sub verborum ampliori signi-
 ficatione continentur, & in quibus eadem ratio concurrat,
 idque non per extensionem, sed per comprehensionem &
 declarationem secundum Bald. & alios superius citatos, n.
 21. Nam & in privilegio fit lata interpretatio quatenus
 patitur verborum proprietates, ut post Angel. Calder. &
 Anton. de Butr. tradit Dec. cons. 113. Viso tenore n. 6.
 vers. Et idè cum multis.

In privilegio autem altaris viatici cultus Divini
 benigna est interpretatio faciendâ, ut dicit textus in d. c.
 In his, infra eod. Ideoque vidimus privilegium celebrandi
 Missas in Capella & Oratorio abique autoritate Episcopi
 constructo, ad quod consistit multitudo fidelium, extendi
 etiam ad Missas cantratas abs voce: & in ea recipi etiam
 posse oblationes voluntarias propter Ministros, ut ex facto
 responderunt Petr. de Ancharan. & Gasp. Calder. inter
 cons. Joan. Calder. cons. 421. alias 6. de relig. domib.
 Verba autem illa, eorumque Superioribus, que habentur in
 d. cap. fin. de privil. lib. 6. in sui latitudine sunt apta
 comprehendere etiam Cardinales; & ratio decetis hic
 considerata equè viget in Cardinalibus, ac in Episcopis.
 Ergo ex his omnibus privilegium accipi debet in latiori
 significatione, ita ut etiam Cardinales comprehendat: &
 hoc intelligit gloss. & DD. in d. cap. In his; dum dicunt
 illud privilegium esse latissimè interpretandum. Et hæc ra-
 tione conciliatur etiam gloss. cum Archiepiscopo, in d. c.
 fin. de privil. lib. 6. nam Archid. dicit prædictam Decre-
 talem non esse extendendam, id est de casu ad casum vel
 de persona ad personam in privilegio etiam secundum am-
 plitudinem verborum non comprehendam. Gloss. verb. dicit
 hoc privilegium esse latissimè interpretandum, id est, ut
 habeat locum in omnibus, qui sub latiori verborum signifi-
 catione continentur.
 Ad extremum privilegium Altaris viatici competere etiam
 S. R. E. Cardinalibus censet, licet articulum non examinet
 Joan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de legat. §. Sequitur
 in fin. addit. Gondifalvus de Villadieg. in tract. de Cardin.
 quæst. 12. Manfred. in eod. tract. decis. 214. & Cardinal.
 Jacobac. de Concil. lib. 1. art. 1. num. 208. Quæ opinio
 satis videtur approbata in prædicta Constitutione Leonis X.
 edita super reformat. Prælat. Eccles. 9. Nonas Maii. 1514. 31
 quæ inter cetera statuitur, ut Cardinales sint omnes vigilæ
 ac Divinis Officijs, Missarumque celebrationibus intenti, ha-
 beantque Capellas suas in loco honesto, prout facere consue-
 verunt. Hæc tunc; undè etiam patet verum non esse quod
 ait Navar. Cardinales Romæ non uti hoc privilegio abique
 speciali licentia Papæ; Imò enim statim atque creati sunt
 Cardinales, celebrant & audiunt Missam in sua Capellis ad
 præscriptum ejusdem Constitutionis, nec super hoc ullæ
 expediuntur literæ à Secretaria Brevium: & sanè cum
 Cardinales in Romana Curia jugiter residere teneantur,
 d. c. Per venerabilem, §. Rationibus qui fil. sint legit. &
 c. 2. de Cler. non resident. Idque districtè illis præcipitur
 à Leone X. in antedicta Constitutione. Si Romæ non ha-
 berent usum Altaris portatilis privilegium dict. cap. final.
 nihil eis conferret & esset omnino elutonium contra litteram
 textus in d. capit. In his, infra eod. & c. Licet eod. ita.

8. ad Archiepiscopum Cantuariensem in Anglia qui ques-
 tionem moverat super præcedentia cum Joan. ut. S. Bal-
 bina Presbitero Cardinali. In ea enim validissimi rationibus
 definitur, post caput Ecclesie ejusd. Papæ, conigua sui
 corporis membra, qui sunt fratres ejus Cardinales, præ ca-
 teris Ecclesie membris ac partibus honorari debent. Et
 Cardinalatûs dignitatem esse majorem ac sublimiorem Epis-
 copali, Archiepiscopali & Patriarchali, & ita semper in Ec-
 clesia habitam & reputatam fuisse. Idemque habetur in
 Constitutione Leonis X. in Concil. Lateranensi edita tercio
 nonas Maii 1514. que incipit: Suprema, hic, Et cum S.
 R. E. Cardinales ceteros omnes in ipsa Ecclesia, post Sum-
 mum Pontificem honore ac dignitate præcedant. Quod col-
 ligitur etiam ex Tridentina Synodo, cap. 1. sess. 24. & ex
 Constitutione Sixti Quinti de Sanctæ Romanæ Ecclesie Car-
 dinalium præstantia, edita tercio nonas Decembris 1585.

Neque obicit, quod Cardinalis ordine sit minor Episcopo
 cap. Ante omnia. 40. dist. cap. De his, de consecr. dist. 8.
 Clem. Si quis suadente, §. Nec super hæc, de penis, gloss.
 ult. in cap. Quamquam, 2. quæst. 7. Host. Abb. & alii in
 cap. Ecclesia, il secundo de elect. fusc. Barbat. loco supra
 citato. Nam responderetur in ejusmodi prærogativis & privi-
 legiis potius habendam esse rationem dignitatis quam Or-
 dinis, ut declarat idem Eugenius in prædicta Decretali,
 his verbis: Nec censetur quisquam quod Ordo Episcopalis
 Presbiterio major sit, quantum in ejusmodi prælationibus
 officium ac dignitas præponderat Ordini: Quæmadmodum
 jure cautum est, ut Archiepiscopus non Presbiter jure juris-
 dictionis obtentu Archiepiscopatus præferatur. Hæc hic, 15
 In specie autem in privilegio Altaris viatici potius spectari
 prærogativam dignitatis quam Ordinis, ex hoc licet intelli-
 gere, quod idem privilegium competit etiam Episcopo electo
 & confirmato quamvis non consecrato secundum Gemin.
 & Franc. in d. cap. fin. de privileg. lib. 6. ut iarius dicitur
 inferius. Quæmadmodum ergo Cardinales honore præ-
 rogativa lætantur, sic privilegij potiri debent amplioribus,
 ut legitur in cap. Officiis de off. Leg. lib. 6.

Nec refragatur quod Archiepiscopus in d. cap. fin. in ver-
 Indulgentis, dicit: Cum ista sit Episcoporum indulgentia,
 eam non extendam; quandoquidem cum verba illa Decreta-
 lis, eorumque Superiores, congruè conveniant Cardinalibus
 ut ostensum est supra hæc non dicitur extensio privilegij,
 sed comprehensio, cap. Porro supra eodem. Ideoque videm-
 us privilegium eligendi Confessorem, quod similiter con-
 ceditur Episcopis & alijs Superioribus, in cap. fin. de penis.
 remiss. eodem modo competere Cardinalibus sicut Episcopis
 secundum Joan. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de legat.
 §. Sequitur in fin. addit. & Gondifalvus de Villadiego in
 tract. de Cardinalib. qu. 12. Licet tam Cardinales, quam
 Episcopi teneantur eligere Sacerdotem vel Parochialem be-
 neficium habentem vel alijs ab Ordinario approbatum ad
 Confessiones audiendas ad præscriptum, cap. 15. sess. 23.
 Concil. Trident. ut Sacra Congregatio declaravit & scripsi-
 tum latissimè in d. cap. fin. in Episcopis, n. 5. usque ad n. 31.
 & in Cardinalibus, d. n. 31. usque ad n. 63.

Præterea contra Archiepiscopum videtur sentire gloss. in c.
 In his infra eodem, ubi cum Honorius III. declarat privi-
 legium à se concessum Fratribus Prædicatoribus & Mino-
 ribus, ut ubique possint cum Altari viatico celebrare, non
 esse ita intelligendum, ut facere hoc non possint absque
 Prælatorum licentia, ut quidam afferebant qui nimis stricte
 interpretantur hujusmodi indulgentiam, gloss. in verb.
 Nihil stricte dicit, quod esse non debet, quia Principis
 privilegium latissimè interpretandum est, infra de verb. signif.
 cap. Olim ff. de Const. Princip. l. ult. & 2. qu. 3. cap. Si
 quem, §. Notandum in fine.

Et hæc fit ut illa quoque privilegia que tribuuntur Epis-
 copis sine illis verbis, eorumque Superioribus, & ob specia-
 lem rationem Pontificalis officii, in cap. 2. de off. Deleg.
 lib. 6. in cap. fin. de juram. calumn. & in hoc cap. etiam
 Cardinalibus competant secundum Joan. Andr. & Villadieg.
 in locis proximè citatis, num. 17. Et ratio est, quia appella-
 tione Episcoporum veniunt etiam Superiores secundum
 gloss. penult. in cap. Quia periculosum de sentent. excomm.
 quam hic sequuntur Joan. Andr. & dicit esse benè notandum
 Gemin. in fin.

Sed & ratio illa, que in d. c. fin. adducitur nempe quod
 sine Missa non deest Episcopo, eorumque Superiores trans-
 ire absque rationabili causa ullam diem, maxime congruit
 Cardinalibus propter eminentiam dignitatis, quæ post Pa-
 patum nulla est major in Ecclesia Dei, ut inquit Rom.
 conf. 498. num. 11. Paul. de Castr. conf. 421. num. 4.
 & conf. 421. num. 2. lib. 1. & dictum est supra n. 12.
 In eis enim, ut dicit Jul. Clar. in praxi criminal. §. final.
 qu. 98. n. 5. in fin. vers. Ego nunquam, redidit tota Ma-
 jestas Christianæ Reipublice; undè in primis decet eos in
 his que ad Dei cultum spectant, ita alijs præfulgere, ut
 meritò omnium in se oculos convertant, ut legitur in cap.
 1. in



DE PRIVILEGIIS.

Honorius III. Archiepiscopis & Episcopis in quorum Diocesi Monasteria & Prioratus Cluniacen Monasterio subiecta consistunt.

CAPUT XXVI.

Quantò ampliùs; & infra. Sanè dilecti filii Abbas & conventus Cluniacen. gravem nobis querimoniam obtulerunt, quòd quidam vestrum & vestrorum officiales, cùm in eos & sui ordinis Monachos non possint excommunicationis & interdicti profertè sententias, eò quòd super hoc Apostolicæ Sedis privilegiis sunt muniti, in eos, qui molunt in molendinis, vel coquant in furnis eorum, quidquid vendendo seu emendo, aut aliàs ei communicant, sententias proferunt memoratas; & sic Apostolicorum privilegiorum non vim & potestatem, sed sola verba fervantes, dicti ordinis Monachos quodammodo excommunicant, dum eis alios communicare non sinunt. Ex quo illud etiam evenit inconveniens, ut ipsi Monachi quantum ad hoc judicentur iudicio Judæorum; & qui eis communicant in prædictis, majorem excommunicationem incurrant, quàm etiam excommunicatis communicando fuerint incurfuri. Nolentes igitur hæc crebris ad nos clamoribus jam perlata ulterius sub dissimulatione transire, vobis universis & singularis mandamus, quatenus hujusmodi sententias in fraudem privilegiorum nostrorum de cætero non feratis: quia si super hoc ad nos denuò clamor ascenderit, non poterimus convenientibus oculis pertransire, quin promulgatores talium sententiarum severitate debita castigemus.

SUMMARIUM.

- 1 Privilegiati quod excommunicari non possint ab Ordinariis non debent excommunicari etiam indirectè.
2 Privilegia non sunt violanda etiam indirectè.
3 Status Episcopi excommunicantis accedens ad Monasterium Monialium exemptum sine ejus licentia an valeat & num. seq.
4 Excommunicatio lata ab Episcopis in subditis suis, qui molunt in molendinis vel coquant panem in furnis Regularium exemptorum non tenet.
5 Terminus, ad quem, non in quo dispositio celebratur, debet considerari.
6 Finis, cui conceditur, videtur concessa omnia, que ad illum finem tendant.
7 Indulgentia an possit ab Episcopo concedi subditis pro opere construendo in alterius Diocesi absque Diocesani consensu, remissivè.
8 Regularis accedens ad Monasterium Monialium Regularibus subiectam & hic colloquens cum Moniali, an possit puniri ab Episcopo, & n. seq. usque in fin.
9 Regularis accedens ad Monialium Monasteria etiam exempta incidit in excommunicationem contra accedentes Episcopi edicto propositam.
10 Clausuram Monasterii Monialium qualiter ab Episcopo conservanda & ubi collata fuerit, restituenda.
11 Clausuræ custodiam habentes, habent etiam concomitantia.

Quantò. Privilegiati quod excommunicari non possint ab Ordinariis, non debent excommunicari etiam indirectè. Hoc dicit secundum Jo. Andr. & omnes. Vel generalitè secundum Card. & Ab. privilegia non sunt violanda etiam indirectè; & per hanc litteram Petr. de Anchar. in c. periculofo, n. 5. col. 3. circa fin. vers. Secundo quæro, de stat. Regular. lib. 6. contra Lapum Abbatem determinat non valere statum Episcopi excommunicantis accedentes ad Monasterium Monialium exemptum sine ejus licentia, nam per hoc videtur contra privilegium exemptionis facere impediendum libere accessum in subditis suis, argum. hujus cap. ubi declaratur irrita excommunicatio lata ab Episcopo in subditos suos qui molunt in molendinis vel panem coquant in furnis Mon-

- 11 Collasione clandestina cum Monialibus suspectis suis sacris Canonibus.
12 Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus potest corrigere abusus circa clausuram Monialium Regularibus subiectarum.
13 Bulla Gregorii XV. subijcti jurisdictioni Episcopi Regularis delinquentes circa clausuram Monialium vel circa personas in eis degentes. Et verba Bullæ expenduntur n. 16. & seqq.
14 Regularis colloquens cum Moniali sine legitima licentia est privatus voce activa & passiva & mortaliter peccat.
15 Dicitio circa quid importet.
16 Clausura nomen genus est tam ad interiorem quàm ad exteriorem.
17 Verba universalis & geminata extendunt dispositionem ad ea quæ aliàs non comprehenderentur.
18 Prohibitio facta uni ex correlativis censetur etiam alteri facta.
19 Regularis mittentes Epistolas ad Moniales, an possint puniri ab Episcopo.
20 Injuria quot modis inferatur.
21 Bulla Gregorii XV. per quam sit reditus ad Jus commune, est favorabilis & late interpretanda.
22 Lex etiam penalis late interpretanda est, quatenus patitur verborum proprietatis.

chorum Cluniacensium habentium privilegium, ut ab Episcopis excommunicari vel interdicti non possint, nam secundum Anchar. in subditis non potest fieri talis prohibitio, si tendat ad prejudicium sine damnis sui privilegii, arg. c. fin. de immu. Eccles. lib. 6. Item considerato effectu, tale statutum videtur principaliter concernere ipsos exemptos, licet verba ad aliud referantur & terminus ad quem non in quo dispositio celebratur, debet considerari, ut l. Quid sponsa, C. de donat. ante nupt. & sic ut Monasterium eximitur ab Episcopo potestatem, ita ut accessus ad illud debeat intelligi liber, nam cui conceditur finis, videtur concessa omnia que ad illum finem tendunt, l. Ad rem mobilem & l. Ad legatum, ff. de procurator. & cui

conceditur haustus ad fontem, conceditur similiter & iter ad ipsum, l. 3. §. si. ff. de servit. rustic. præd. & cui relictum est hereditatem ad quod erant trinitas, l. Olimpio, ff. de servit. rustic. præd. ex quibus concluditur statutum tale non valere, ut potè tenens & principaliter disponens super re non subdita statuenti. Sed ut respondent Gemin. & Franc. proximi citandi, tale statutum nec directè nec indirectè præjudicat Monasterio vel exemptioni, cum ad Monasterium prohibentur accessiones, sed præjudicatur ipsis accedentibus; & sic non obstat iste textus. Ad prædictam questionem vide plurimas & pulcherrimas rationes quas ex Oltrado in utramque partem recitat ipse Petr. de Anchar. in c. Postulasti à num. 18. usque ad n. 23. de foro compet. in q. an Episcopus possit concedere subditis indulgentiam pro opere construendo in alterius Diocesi absque illius consensu.

Quero, an postea Constitutione Gregorii XV. de exemptorum privilegiis Regularibus absque legitima licentia accedens ad Monasterium Monialium Regularibus subiectarum, ibique in loco colloquii destinato cum Moniali colloquens, à Diocesano Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ delegato, coerceri & puniri possit.

Mover hanc questionem in individuo Gemin. in c. Periculofo, §. Et quomam, col. 1. post princ. vers. Sed pone de stat. Reg. lib. 6. ubi post Lapum Abbatem n. 2. quærit si Monasterium sit exemptum & Episcopus faciat Constitutionem ne quis ad illud accedat sine sui licentia, aliàs eo ipso excommunicatus, an exemptus absque licentia ad illud accedens, incidat in excommunicationem nec ne? Et ex pluribus resolvit incidere si transeat per Diocesani Episcopi & probabiliter Constitutionem non ignoret. Nam ex quo, inquit Episcopus imponit poenam eunti ad Monasterium; & istud ire est delinquere; & sic est delictum factum in loco non exempto, licet sit consummatum in loco exempto, ex hoc sequitur ut Episcopus punire possit, c. 1. de privil. lib. 6. & idem tenet in d. c. periculofo, Franc. n. 6. & Jaf. conf. 83. vol. 1. ubi in fine sic ait. (Et verè cum habeamus apertam decisionem Lapi Abbatis & Gemin. in individuo firmiter hanc questionem nostram, nescio quis iustus iudex volens jura admittit, possit ab eorum decisione recedere.) Quam sententiam jamdiu approbavit Sacra Congregatio, dum declaravit Regulares accedentes ad Monasteria Monialium etiam exempta ab Episcopi jurisdictione incidere in poenam excommunicationis contra accedentes Episcopi edicto propositam, nisi habeant nominatim privilegium, ut non possint excommunicari; & tamen eo etiam casu censuit eos alius poenis esse puniendos.

Quod videtur etiam probari posse, quia ex d. c. periculofo & Decreto Concilii Tridentini c. 5. sess. 25. de Regular. Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ delegati sub observatione Divini iudicii & interminationis maledictionis æternæ jubentur procurare, ut clausura Monialium exemptarum ubi violata fuerit, restitatur & ubi violata est, conservetur, inobediens autem contradietores per censuras Ecclesiasticas aliisque poenas compendentes. In hac autem autoritate conferenda clausuram, utique comprehenduntur ea omnia que ad ejusmodi conservationem spectant & sine quibus clausura nullo modo potè difficiè conservari potest, ut in hac specie tradit Joan. Monach. in d. c. periculofo n. 1. ubi ait habentes custodiam clausuræ, habere etiam illa omnia que clausuram comitantur per regulam l. 2. ff. de jurid. omni. jud. c. Præterea de off. deleg. & c. de prudentia de dot. post divor. restit. At experientia docuit ad clausuræ conservationem magis operè pertinere, ut Regularis ad illa non accedat nec cum Monialibus colloquatur absque legitima licentia, idcirco enim tot prohibitiones sub gravibus poenis hac in re à Sede Apostolica emanarunt. Ergo Episcopus potest illos arceri & contrafacientes punire. Et reverè maxime absurdum videtur ut Episcopi gravissimo illo Decreto præcipiantur clausuram inviolatam custodire; & tamen nequeant ab illa arceri quos expedire judicaverint; hujusmodi enim prohibita & clandestina collococtiones sunt valde sacris Canonibus suspectæ, ut patet ex septima Synodo c. 20. cuius verba consulo omittimus; & propterea Concilium Hispan. 2. c. 11. dum subijcit Monasteria Provincie Bæticæ Monachorum Regimini, subdit ea tamen circa Moniales cautela servata, ut remoti ab earum peculiaritate nec ulque ad vestibulum habeant accedendi familiarium permiffum.

Ideoquè cùm Episcopus Bellunen. olim retulisset S. Congregationi Concilii nonnullos abusus circa facultatem alloquendi Moniales Regularibus subiectas, S. Congregatio respondit hoc caput quod clausuram, ejus conservationem ac restitutionem respiciat, ad jurisdictionem Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ delegati pertinere.

Quæ tamen, quamvis fortè non transiret absque difficultate ex dispositione juris & Concilii, certè late videtur procedere post Gregorianam Constitutionem que discretis verbis tribuit Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ delegato facultatem puniendi quoscunque exemptos tam saculares

quàm Regulares qui delinquant circa clausuram, aut circa personas degentes intra septa Monasteriorum Monialium Regularibus subiectarum, certum est enim Regularum abque legitima licentia loquentem cum Moniali graviter delinquentem & ex Decreto Sixti V. esse ipso jure privatum voce activâ & passivâ; & ex declaratione S. Congregationis Episcoporum & Regularium mortaliter peccare. Delictum enim clausuræ in d. Constitutione non videtur materialiter & phisicè accipiendum pro sola murorum fractura, sed moraliter, ita ut comprehendat quemcumque modum per quem Monialium custodia violari possit, qualis videtur esse prohibita clausura.

Idque eò magis, quia Constitutio non restringit se ad violenter clausuram, nec loquitur de delinquentibus in clausura, sed utitur dictione illa circa, que magis late patet, aliud est enim aliquid fieri circa solum, aliud in solo, ut notatur in l. 1. §. Hoc autem edictum non omnia, ff. de nov. oper. nunciat. & circa Provinciam dicitur esse qui abest per duas Dioceses tantum, Archidiaconus in cap. 1. de offic. Ordini. libro 6.

Itaque quatenus Regularis accedens contra prohibitionem Papæ ad clausuram Monialium propriè non delinqueret in clausura, negari tamen non potest quin delinquat circa clausuram, præterim quia clausuræ nomen genus est ad clausuram tam interiorem quàm exteriorem; & cum Constitutio simpliciter loquatur de delinquentibus circa clausuram, æquè videtur intelligenda de clausura exteriori ac de interiori, sub genere enim propriè utraque species comprehenditur, ut notatur in l. si quis sic stipuletur in glossa in verbo Omnia hi, ff. solut. Matr. & tam delictum est Regulari sine licentia ingredi exteriorem clausuram quàm interiorem, licet hoc sit gravius.

Præterea ponderanda est clausula Constitutionis inferius posita, que videtur ampliativa precedentium huiusmodi. Ita ut Episcopus in supra dictis casibus & in pronominatas personas in præmissis omnibus & singularis, aut circa ea quomodocumque delinquentes per censuras Ecclesiasticas, aliisque poenas procedere omnimodè jurisdictionem exercere libere & licitè valeat. Verba enim illa in præmissis & circa ea extendunt dispositionem precedentem etiam ad connexa & concomitantia; & illa dicitio quomodocumque delinquentes similiter ampliat præcedentia ad omne delictum ejusdemque sit qualitatis, ita ut propterea quatenus delictum collococtionis cum Moniali non comprehenderetur in priori parte Constitutionis, satis tamen videatur comprehendi in secunda que latius patet. Verba enim sic universalis & geminata extendunt dispositionem & comprehendunt etiam casus qui aliàs in illa non comprehenderentur, ut pluribus exemplis probat Romanus conf. 21. Visi in princ. n. 2. & Alex. conf. 102. Viso themate lib. 6. & in specie verba in præmissis & circa ea indicare Pœnitentiam voluisse ampliari præmissa etiam ad casus non expressos. Patet ex his que de hac dictione circa superius dicta sunt & de dictionibus omnia & singula tradit Paulus de Castro conf. 418. col. 2. in princ. vers. In contrarium lib. 1. & Ant. de Butt. conf. 150. n. 3. vers. In privilegio pleno & num. 5. ubi etiam de verbis plene in omnibus seu plene jure; & de dictione quomodocumque seu quocumque modo. Bart. conf. 21. lib. 2. num. 5.

Et confirmatur, nam Gregorius in præmio Constitutionis recentior tres casus in quibus ex Decretis Concilii Regulares delinquentes ab Episcopo puniri poterant; & declarat se velle prædictis Decretis aliquid adijungere, & idcirco observat in corpore Constitutionis in duobus casibus, id est cùm Regularis non curati delinquant in administratione alicujus Sacramenti. Item cùm delinquant prædicando in Ecclesiis sui vel alterius Ordinis sine Episcopi benedictione vel licentia aut Episcopo contradicente; in his enim duobus casibus persistendo in terminis Concilii, Regularis ab Episcopo puniri non poterant, sed à suis Superioribus Regularibus duntaxat, ut prius declaraverat S. Congregatio. Ergo idem censetur Gregorius fecisse in 3. casu, nempe cùm delinquant circa clausuram Sanctorum Monialium vel personas in ea degentes, nam si hunc 3. casum intellexisset de formali violatione clausuræ, nihil Concilio addidisset, quia Regulares eam violantes jam suberant jurisdictioni Episcopi ex Decreto d. c. 5. sess. 23. de Regular. unde in hoc quoque 3. casu Constitutio aliquid addat Decreto Concilii, ita intelligi debet ut Regularis circa clausuram puniri possit pro delicto pro quo ex præscripto Concilii puniri non poterant; & sic pro delicto ultra formalem clausuræ violationem.

Cæterum si hoc casu Regularis non videretur aliquibus delinquare circa clausuram, dubium tamen non videtur quin delinquat circa personam intra septa degentem; & propterea ex hoc cap. ab Episcopo puniri possit ad præscriptum Constitutionis, inducit enim Sanctorum Monialium ad seculum collococtionem contra prohibitionem Apostolicam; atque ita delictum est reciprocum ex parte utriusque, nam respectu unius de ejusdem actus individui, sicuti est callasatio, prohibita est &

uni ex correlativis, censetur etiam facta alteri; idque verum est indistincte & in omni materia etiam odiosa & penali, ut optime declarat Cravetta de antiq. tempor. in 4. p. 5. Videamus n. 29. & 30. & Soem. conf. 74. n. 5. & seq. lib. 3. Curt. an. conf. 6. n. 15. & Dec. in l. 1. cod. de in jus voc. n. 7. verif. Primus.

Neque verò ea verba circa personas, salva ratione recti sermonis restringi possunt ad solos tactus corporis, sed cum sint generalia, referri debent ad quodcumque delictum, personas Monialium concernens, præsertim quia, ut dicit textus in capite, Nec solo, 32. questione 5. sæpè in tactis ab immunda violatione corporis fugit castitas ipsa de moribus.

Et hanc ob causam Gregorius legis conditor ore tenus, dixit suæ intentioni esse, ut in Constitutione comprehenderentur etiam mitrentes Epistolæ ad Moniales, quasi & hi dicerentur aliquo modo circa illarum personas delinquere, consideratâ latitudine illius dictionis circa; & quamvis de hac Gregorii declaratione nihil hodiè appareat authenticè, notitia tamen utcumque habita mentis Legislatoris promptiore reddere debet S. Congregationem ad declarandum illos esse in Constitutione comprehensos, qui non per litteras tantum, sed personaliter accedunt ad colloquendum cum Monialibus.

Et eò magis, quia littera Constitutionis propriè hanc interpretationem admittit, injuria enim advertitur personam dicitur fieri non solum re, quoties manus inferuntur, sed etiam verbis, ut cum convicium fit, nec tantum in corpus inferuntur, ut cum quis pulsatur, sed aliquando etiam ad dignitatem aut infamiam pertinet, ut cum pudicitia attentatur, quæ sunt verba textus in l. 1. ff. de injuriis. & eodem modo actio in

personam inferri dicitur; & tamen corpus non tangitur, l. Abstinere genera & l. Actio in personam, ff. de act. & obligat. quod clariùs procedit in hoc casu in quo Constitutio non utitur verbis in personam, sed circa personam quæ latius patet ut superius diximus.

Hic non obstat quòd Constitutio tanquam pensis sit strictè intelligenda, quia hoc casu non agitur de pena Regularibus imponenda, absolutum est enim accedentes ad Monasteria sine licentia esse puniendos, sed solum agitur à quo hæc pena sit irroganda, an scilicet à Superiore Regulari, an ab Episcopo, unde Constitutio non debet propter strictè intelligi, sed potius late in favorem jurisdictionis ordinariæ, nam quamvis restringantur Religiosorum privilegia, sit tamen redditus ad jus commune antiquum, secundum quod Monachi & eorum Abbates tulerant Diocesano Episcopo, c. Abbates & cap. Monasteria 18. q. 2. & tradit Navarr. conf. 8. sub n. 3. de rescript. Planum est autem Constitutionem per quam fit redditus ad jus commune, favorabilem esse & late interpretandam, capite Cum dilectus, §. Caterum; & hic glossa communis in verbo Juri communi & Abbas numero 21. de consuetud.

Et nihilominus etiam lex penalis est late interpretanda quatenus patitur verborum proprietas, l. Cum lege, ubi Aret. ff. de testam. Roland. à Valle conf. 54. n. 39. verif. Nam dictiones lib. 3. & plenius Cravetta conf. 294. n. 2. verif. Amplius; & eò magis, quia per Constitutionem Gregorii tribuitur Episcopo jus procedendi contra Regulares exemptos auctoritate delegata, unde per hoc exemptionum privilegia non violantur, ut notat Abbas in c. Grave, n. 1. de off. Ord. & dixi in c. Tuarum n. 31. supra eod.

DE PRIVILEGIIS

Idem Honorius III. V. quondam Anglorum Regina Illustri.

CAPUT XXIV.

EX parte tua fuit propositum, quòd nonnulli litterati, quos nec habitu nec tonsurâ clericos profitetur, in terra tuæ jurisdictioni subiecta degentes, cum deprehenduntur in aliquibus foris factis, ut jurisdictionem tuam eludant, & debitam pro delictis ultionem evadant, assumant, seu etiam resumunt tonsuram abjectam, seu habitum Clericalem, licet antè pro laicis ab omnibus haberentur. Ne igitur tonsura, vel habitu sic resumpto, malitia foveatur, si tuam jurisdictionem exerceas in hujusmodi delinquentes, qui sine tonsura & habitu in delicto fuerint deprehensi, æquanimitè duximus tolerandum: cum malitiis hominum indulgeri non debeat, sed potius obviari.

SUMMARIUM.

1 Qui in habitu & tonsura, & ceteris ut laici convertantur, deprehensi in maleficiis puniri possunt à Judice seculari.

2 EX parte, il terzo, Joan. Andre. & communiter Scribentes sic summant hanc Decretalem. Qui in habitu & tonsura & ceteris ut laici convertantur, deprehensi in maleficiis se pro Clericis non defendunt, sed quia per alia jura Clerici sive in minoribus, sive in sacris Ordinibus constituti

& in maleficiis deprehensi sine habitu & tonsura fori privilegium non perdunt, nisi ter moniti non desistant, ut cap. Contingit, il secondo infra de sentent. excomm. cum suis concordant propter hoc cap. quod videtur oppositum innuere, multipliciter à Doctoribus intelligitur: verior tamen & communior videtur intellectus glossæ penultima hie. Tu in proposito vide Alex. qui concordat cum glossa nostra in conf. 8. Videtur super primo n. 2. lib. 1. & quod scripsit in d. c. Contigit n. 6. 12. & 25.

DE

DE PRIVILEGIIS

Idem Honorius III.

CAPUT XXX.

IN his, quæ ad cultum divinum facere dignoscuntur, non maligna, sed benigna esset potius interpretatio facienda. Undè mirari compellimur, quòd cum fratribus Prædicatoribus & Minoribus duximus indulgendum, ut ubicumque fuerint, sine Parochialis juris præjudicio, cum altari valeant viatico celebrare: quidam nimis strictè interpretando indulgentiam nostram, nituntur asserere, quòd per eam prædicti fratres præter Prælatorum assensum facere hoc non possint: propter quod eos celebrare juxta indulgentiam Apostolicam non permittunt. Cum autem nihil eis conferret memorata indulgentia, sine qua id Prælati annuentibus liceret eisdem: Fraternitati tuæ mandamus, quatenus interpretatione hujusmodi reprobanda, dum tamen ab aliis, quæ jure Parochiali proveniunt, prorsus ablineant, datam eis sic licentiam celebrandi, auctoritate nostra non differas publicare: ita quòd dicti fratres aliquam ex indulgentia nostra videantur in hoc gratiam consecuti.

SUMMARIUM.

1 Fratres Prædicatoribus & Minoribus an possint in claustris Monasterii sui Ordinis in altari portatili Missam celebrare etiam invito Episcopo. Et quid de illius licentia & n. seq. usque in finem.

2 Missa de jure communi an & quando possit celebrari extra Ecclesiam de licentia Episcopi.

3 Episcopus potest de jure concedere privilegium altaris viatici in sua Diocesi tantum & solus Papa in universo Orbe.

4 Fratres Prædicatoribus & Minoribus ex indulto Honorii III. uti poterant Altari viatici etiam Episcopo non permittente.

Privilegia sic debent interpretari, ut non sint inania, sed aliquid conferant præter jus commune, ibid.

5 Fratres Prædicatoribus & Minoribus etiam ante Concilium Tridentinum uti non poterant Altari viatici privilegio postquam habuerunt Ecclesiam consecratam.

6 Altaris viatici privilegium fuit innovatum à Sixto IV. & Alexandro VI. Quoad Minores tantum, non autem quoad Prædicatoribus.

7 Societatis Jesu Presbiteris altaris viatici privilegium à Concilio Tridentino ademptum restituitur à Gregorio XIII.

8 Fratrum Prædicatoribus & Minorum privilegium in Altari viatico celebrandi fuit sublatum à Concilio Tridentino.

9 Privilegia etiam in corpore juris clausula non desinant esse privilegia & ideo comprehenduntur in generali privilegiorum derogatione.

10 Altaris viatici privilegium Episcopis concessum cur non ademptum à Concilio.

11 Juri communi non est opus derogare, sed satis est, ut Princeps statuat contrarium ejus, quod jus commune disponit.

12 Privilegiis in corpore juris clausulis ex silio Concilii Fagnan. in V. Lib. Decretal.

Tridentini non consuevit expressè derogari.

13 Episcopus post Concilium Tridentinum non potest concedere licentiam domi celebrandi, ut infimus pro viatico communicetur.

14 Fratres Prædicatoribus & Minoribus non possunt in claustris suorum Monasteriorum celebrare in Altari portatili etiam de Episcopi licentia, & n. 19.

Secus si Altare sit fixum in Oratorio ad Divinum Cultum dedicato, ibid. & num. 22.

15 Tridentini Concilii decretum in unico §. Neve patiantur, fell. 23. de obsev. & evitaa. in celebr. Missar. expenditur & explicatur.

16 Principis domus, arces & palatia, in quibus Barones jurisdictionem exercent, comprehenduntur in prohibitione Tridentini Concilii de Missa in privatis domibus non celebranda.

17 Missa in privatis domibus celebrari non potest etiam in Oratorio ad Divinum Cultum dedicato, sed celebranda licentia petenda est, à Sede Apostolica.

18 Oratoria publica & privata qua constantur.

19 Episcopus non potest permittere, ut à Sacerdotibus secularibus aut Regularibus Missa celebretur extra Ecclesiam & extra Oratoria ad Divinum tantum Cultum dedicata.

20 Altaris portatilis usum Episcopus post Tridentinum Concilium concedere non potest etiam in locis publicis.

21 Episcopus potest concedere ex Tridentini Concilii præscripto, ut Missa celebretur in Oratorio ad Divinum tantum Cultum dedicato, dummodo illud non sit in privatis domibus.

22 Missa in Oratorii constructis pro usû Carceratorum, Confraternitatum, Hospitalium & Monasteriorum celebrari potest prævia licentia & approbatione Episcopi Diocesani, & num. 23.

T 3